

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## **Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios Corpvs.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Deo Et Dei Cvltv

**Chamier, Daniel**

**Frankfurt, 1627**

Liber secundus, De attributis Dei

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-914](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-914)

neuenfis contra Stancorum scripsit, Trinitatis opera sunt intrinsecus indiuisa. At opera intrinseca dicuntur (inquit Monachus) quae ipsam Diuinitatis vnitatem, & personarum Trinitatem, ac maiestatem non exeunt. Et haec distincta esse, pro distinctione personarum, Catholici credunt.

XIII. Ego, inquam, & Calvinus credidit. Nam Calvinus valde Catholicus: & nominatim in articulo Trinitatis: Nonne enim personas suis certis distinctas proprietatibus agnouit? Aut nonne Patrem ingenitum, Filium genitum? & quo modo potest ab eodem generatio actiua aequae tribui Filio ac Patri? Calvinus scripsit, Nihil eius est quam profanis argutis, & speculationibus valere in suis mentes nostras defixas tenere in illa admirabili dispensatione, in qua dicitur Pater Filium unigenitum misisse, ut in eo nobis esset propitijs, & eius aduocati patrocinio exorabilis: Imo cum barbaris grassata est in toto mundo, vulgare tamen illud dictum opera Trinitatis esse indiuisa, quia per se durum erat, interposita restrictione, correctum, vel mitiga-

sum fuit: nempe cum addita fuit particula intrinsecus. Hic primo aduertendum loqui Calvinum de Redemptionis mysterio: Itaque de operibus, quae vocantur ad extra: non enim ea numeratur inter operationes ad intra. Quis igitur non videt Sycophantiam, quae id ad operationes intrinsecus trahit? Itaque secundo Calvinus non construit opera intrinsecus, ut solent appellari oppositae operationes ad extra: sed indiuisa intrinsecus: ut sensus sit, Opera Trinitatis, quae vocantur ad extra, esse indiuisa intrinsecus, hoc est, ratione intrinseca Deitatis, sed extrinsece tamen, hoc est, ratione nostri distingui. In quo fateor esse Calvinum *σφαλμα*: non enim opinor sic loqui Scholastici; aut in eum sensum. Nam hi illud intrinsecus construxerunt cum operibus. Memoriam igitur Calvinum lapsam fateor, sed haeresin tamen in eo nullam agnosco. Nam in precedente calumnia docuimus in operibus ad extra distingui personarum operationes.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER SECVNDVS, DE ATTRIBVTIS DEI,

Caput I.

OMNIPOTENTIAM A CATHOLICIS NON NEGARI,



ACTVM de personis Deitatis. Nunc de Attributis. In quibus, quae controuertuntur, reuoco ad Omnipotentiam, & Prouidentiam. Omnipotentiam intelligimus, vim illam Dei in agendo, cui nihil obistere possit. Et hanc a nobis negari strenue calumniantur. Et primo Feuardentius negat enumerari in Attributis Dei in confessione Gallicarum Ecclesiarum: aut a Beza in sua confessione. At qui in primo manifeste mentitur. En tibi Articulum Gallicae confessionis primum,

Credimus & agnosimus unicum Deum, qui sit unica & simplex essentia spiritalis, aeterna, inuisibilis, immutabilis, infinita, incomprehensibilis, inenarrabilis, omnipotens, summe sapiens, bona, iusta & misericors. Et qui nescit alioquin a nobis pro Christianitatis professione, inculcari symbolum Apostolorum: admitti etiam symbolum Nicanum, & Athanasii, in quibus disertam omnipotentiae confessio.

II. Quod attinet ad Bezam, vis argumenti haec est: Beza in maiori sua confessione non enumeravit omnipotentiam. Ergo Beza negavit omnipotentiam. Respondeo primo negari consequentiam. Nam si credidit omnipotentiam, ergo non negavit. At creditur: hoc probatur ex alijs eius operibus. Nam in primo Catechismo inseruit *απειρα* Sym-bolum Apostolorum, in quo est omnipotentia diserte. Deinde in breui explicatione totius Christianismi, cap. 2. *Dei omnipotentia via sunt imperferutabiles.* Et Apologia altera ad Claudium de Xaitres, *Quod ad Diuinitatem potentiam attinet, tam credimus Deum omnia posse, quae a potentia proficiscuntur, quam credimus Deum esse: quia si omnipotens non est, ne Deus quidem est.* Secundo, ne Antecedens quidem verum est. Nam eiusdem confessionis maioris cap. 1. art. 3. eius potentiam & bonitatem comprehendere posse negat. Et cap. 2. art. 2. legas vim infinitam: & art. 16. summam potentiam.

III. Sed haec calumnia leuissima est. Secundum argumentum, quia Calvinus dicat, Nihil esse in potestate Dei, quod sit contra ordinem mundi rerumque proprietatem: probat Sanchezus ex libro de Vera Ecclesiae reformatione. Et libri 4. Institut. cap. 17. § 24. addit Beza in Cyclope contra H. shufium.

IV. Respondeo non restringi a Caluino, aut Catholicorum quoquam omnipotentiam Dei a vllum ordinem naturae, vllam rerum proprietatem: Nam si hoc: Ergo non crede eam ab eodem sic i quicquam praeter eum ordinem; praeterque eas proprietates. At hoc falsum. Credunt enim Catholici mundum esse a Deo creatum; quod fuit & praeter ordinem naturae, quae non tum erat; & praeter proprietates rerum, quae nullae erant. Credunt Diluuium factum temporibus Noe: Credunt Noe seruatum in arca, cumque eo aliqua indiuidua omnium specierum brutorum. Quia historia, quid obseruari potest factum secundum ordinem naturae, rerumque proprietates? Enim vero neque is ordo naturae, ut aqua totum orbem terrarum submergant. Nam et si caprimo dispositio fuit elementorum ab initio creationis: tamen ordo naturae alius impositus a Deo, cum separatae sunt terrae ab aquis: Et hic ordo hoc diluio violatus est. Quid? isne ordo, eaque proprietates rerum, ut omne genus animantium: ferre cicures, aerea, terrestres, aquaticae, vna arcu laudantur, imo ipsae in arcum sponte includantur? Quid Sodomae & Gomorae destructionem dicam? Quid Isaaci genitricem? Aegypti plagas? Solem cohibuit? Quid inuoluta alia ex Testamento Veteri? Quid in Nouo Seruatoris nostri conceptionem? Quis tam impudens est Monachus, qui neget Calvinum, imo qui Catholicos neget credere eam factam a Deo? & factam contra ordinem naturae? contra proprietatem rerum? & tantae luci tenebras offundent Sophistae? Non possunt.

V. Imo Calvinus in Lucae 1. c. vers. 18. *Pro causa dissidentiae, in Zacharia fuit, quod in ordine natura subsistens, Dei potentia minuitur quae decet. Quid clarius? Audite Sophistae, audite Sycophantae! Calvinus protestatur, eum, qui subsistit in ordine naturae, minus tribuere Dei potentiae, quam decet. Et hic potentiam Dei subicit ordini naturae, Sequitur, Nimirum enim stricte, & maligne sentiunt de operibus Dei, qui non plus facturum credunt, quam secundum naturam credibile est, quasi eius manus, vel sensus nostro subiecta, vel terrenis medijs inclusa esset. At qui fidei proprium est longe plus credere, quam fieri posse carnis ratio dicit. Idem in Catechismo ad articulum Symboli primum hoc modo asserit Deum dici Omnipotentem, ut intelligatur habere omnia sub potestate & manu: prouidentia gubernare mundum: arbitrio suo omnia constituit: omnibus creaturis prout visum est, imperare. Et postrema admonitione ad Westphalum. Qui de nihilo creauit omnia, potest ad tempus in nihilum redigere, quae videntur impedire progressum operum eius.*

VI. Sed excutio locos. Primus ita est: *Calumniatur vocari a nobis in dubium Christi omnipotentiam, ipsumque insimulari vanitatis. Quasi vero hic de Christi potentia disputetur: ac non potius ex eius verbo quaerenda sit mysterij veritas. Rerum omnium conuersionem fieri posse a Christo, nos quoque fatemur. Verum inde si quis caelum colligat conuersum esse in terram, ridiculus veritatis diuina estimator, qui natura ordinem ab illo fixum & constiutum, monstrat sibi fingendo reuelat.*

VII. Hic vero, quid est, quae so, quod quisquam bonus, hoc est, non Monachus, accuset blasphemiae contra Omnipotentiam? Negat in ea quaestione, quae est de Transubstantiatione, agi de Christi Omnipotentia. Itane insanat aliquis, ut eorum verborum vim eandem asserat esse, ac si diceret, non esse Christum Omnipotentem? Rursus concedit omnium rerum conuersionem fieri posse a Christo. Et qui hoc concedat, neget Omnipotentiam? Tertio, ridiculos asserit qui proponentes Christum omnia posse mutare, quod verissimum, concludant ergo mutauisse caelum in terram. Hos, inquit, reuellerent ordinem naturae a Deo fixum, dum sibi monstra fingunt. Quid haec contra Omnipotentiam Christi? nisi forte eorum stolidam, portentosamque dementiam, qui ex quolibet quilibet efficiunt, Omnipotentiam Christi Sophistae appellant. Enimvero hoc iis restat, ut nequitiae cumulum impleant. Sane vero pepones esse oportet, qui non distinguant negationem consequentiae, a negatione antecedentis. Dicam disertius, ut etiam stolidissimi capiant, si possunt quicquam stolidissimi capere. Argumentatio disponi debuit in hanc formam: Si Deus est Omnipotens: ergo transubstantiatur panis in corpus Christi. Ridet Calvinus mirum argumentum: & comparat cum isto: Si Deus est Omnipotens, ergo mutatum est caelum in terram. Nimirum concessit antecedens Calvinus, quo asseritur Deus esse Omnipotens, negavit consequentiam, id est, transubstantiari panem, aut mutari caelum. Ingens videlicet crimen: & dignum, in quo exagitando, tota se occupet Papistrarum vehemens loquentia; siue loquens vehementia: enimvero hoc illis symptoma subinde oportet geminari, quamdiu illos haeretica febris detinebit.

VIII. Alter Caluini locus, ex §. 24. c. 17. lib. 4. Institut. prolixior est: describendus tamen integer; quia miseris modis laceratur a Sycophanta, eam tantum excerpte, quae iudicabat aptiora calumniaturo. *Nos rationi humanae ita addictos esse iactant, ut nihil plus tribuamus Dei potentiae, quam natura ordo patitur, & dicat communis sensus: A tam improbis calumnijs prouoco ad ipsam doctrinam, quam tradidi. Audin' primo, sibi obici solitum hoc ipsum, quod ei nunc obicitur? hoc ipsum, quo de nunc agimus? & quomodo purgat? Calumnias appellat, improbas calumnias. Quisquam ne ita loquatur, cui sua verè sua, doctrina obicitur? Conficimus ergo non credidisse, non docuisse Calvinum, nihilo plus tribuendum potentiae Dei, quam naturae ordo patitur.*

IX. Sed pergit Calvinus. *Prouoco ad ipsam doctrinam, quam tradidi: qua satis dilucide ostendit, me hoc mysterium minime rationis humanae modo meior,*

metiri, nec natura legibus subicere. Obsecro, an ex Physicis didicimus Christum perinde animas nostras ex caelo pascere...

X. Pergit, Ipsi autem boni eius zelota miraculum sibi fabricant, quo sublato evanescent Deus cum sua potentia...

XI. Nunc aliter. Non enim hic quaeritur, quid Deo potuerit, sed quid voluerit: affirmamus autem id factum esse...

XII. Hac Calvinus. En tibi analysin: nam & hac opus est, ut Sycophantis ora obstruantur, si possunt Sycophantis ora obstrui...

XIII. Sed instabant aduersarij: Quicumque negat carnem Christi esse in pluribus diuersis que locis, aut nullo loco contineri...

XIV. Respondet iterum Calvinus, maiorem esse falsam. Ratio: quia haec, quae ponuntur, eius sunt generis, ut non cadant in Dei Omnipotentiam...

dictionem implicant sub diuina Omnipotentia non contineri, quia non possint habere possibilitatem rationem.

XV. Hac Calvinus: nec aliter Beza disputans aduersus Heshulium, a quo veritati corporis Christi, a qua stabat Beza, opponebatur Omnipotentia...

XVI. Quid improbat Sanctus? Primum quicumque negat potentiam Dei in quamlibet creaturam, siue, ea Deum uti posse ad placitum...

XVII. Atqui primum hac frustra disputantur, & extra oleas. Quia tunc enim vtrum Calvinus, an Beza, an nostrum quicquam docuerit nihil esse in potestate Dei...

XVIII. Venio nunc ad singula argumenta. Primum non Calvinus petit aut Beza solum: sed maxime tum Scholasticos Theologos tum Veteres Partes...

XIX. Patres. Origenes contra Celsum lib. 3. Δεσποτικὴ καὶ ἰμωτικὴ ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ ἀπὸς ἀμάρτημα...

XX. Hieronymus ad Eustochium. Audacter dicam: cum omnia possit Deus, suscitare non potest virginem post ruitam. Sensus, non posse eam quae corrupta est, iam integrum restitui...



disputat Sanctus, interrogatis multis Scripturæ locis, potuisse Christum à Patre eripi: ipsum etiam à se virare mortem; quantumvis aliter decretum fuisset: & similia nonnulla. At ego à Caluino, siue hic, siue vltquam alibi, id scriptum, dictum, somnium pernego. Imo vero hoc institutionis loco agi de potentia Dei, siue de vllare, quæ sit Deo impossibilis, pernego. Quare otiose Sanctus declamauit; id probare latagens, quod Caluinus vel dormiens, longe sciebat certius, longe credebat firmitus, quam Sanctus vnquam vigilans. Venit ille sane pro arbitrio id monstrum, quod ipse sibi confinxit: id certe Caluini intererit nihil.

IV. Sed Hæio necesse est satisfacere, quanquam pueriliter arguantur. Caluinus, inquit, vult id esse impossibile, quod nunquam fuit, ne in posterum sit, Dei ordinatione ac decreto impeditur. At si hæc impossibilis definitio bona est, necesse erit negari omnipotentiam. Quid autem? Quia scriptum sit Matthæi 19. *Apud Deum omnia possibilia sunt.* Quærit ergo, vtrum censeamus hac generalitate contineri ea, quæ nunquam fuerunt, nec futura sunt: an vero negemus. Si negatis, inquit, ergo ostendite Filium Dei non potuisse vniri naturæ Angelicæ; aut non posse in nihilum redigere omnia.

V. Respondeo, primum terminos Caluini mutari in alios ab Hæio nimium nequiter. Caluinus enim impossibile dixit. At non dixit à Deo fieri non posse. At illud non semper hoc infert; nedum significet. Cuius, nego quicquid impossibile dicitur, id à Deo fieri non posse. Lucæ 17. *Impossibile est vt non veniant scandala.* Ad Hebræ. 6. *Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati & prolapsi, rursus illuminari.* An blasphemix accusabunt Paulum? accusabunt Christum, Sophistæ, quasi dixerint hæc esse Deo impossibilia? quasi que Dei potentiam mutilauerint? Imo conuertuntur quidem impossibile & quod fieri non potest. At non conuertuntur impossibile, & quod fieri non potest à Deo, Nam, etsi quicquid fieri non potest à Deo (vt peccare, vt mentiri) est impossibile, tamen non quicquid est impossibile, statim à Deo fieri non potest. Quis enim neget Deum posse efficere, vt ne eueniat scandala? posse innouare eum, qui lapsus fuerit? & tamen vt siue vtrumque appellatum est impossibile à Scriptura. Simili ratione, etsi id, de quo Caluinus loquitur, fieri possit à Deo, tamen potest appellari à Caluino impossibile. Cur non? cum Dominicus à Soto, de Natura & Gratia lib. 3. c. 4. *Illud, inquit, Sancti vocant impossibile, non quod Deus non posset facere, sed quod nondum fecit:* longe dilutius quam Caluinus.

VI. Secundo, nego à Caluino definiti impossibile, siue, vt loquitur Hæius, vocabulum impossibilis. Tantum distingui, vt qua notione loco vsurpetur, legentibus constet. Disertissima verba. *Non taxam longas ambages de variis possibilitatis generibus, impossibile appello.* Quis tam stolidus Dauus est, vt Oepido opus habeat? Non enim ænigmata Caluinus loquitur. Testatur se varia genera possibilitatis agnoscere. Non est ergo sani cerebri putare omnia genera hac disputatione includi. Imo sensus est Caluinum non quolibet modo, aut quavis notione, quancumque quisque volet impossibile nominare in hoc capite de Impletionem legis: sed hoc tantummodo, quem sequentibus verbis explicat, quibus in calumniam abutuntur Sycophantæ. Quasi diceret, eatenus impossibile appellari solet, quod nec accidit vnquam, nec vnquam futurum est, propter certum Dei decretum. Et posuit etiam secundum Aristotelem: quo auctore, *ad vniuersum est & ad vniuersum est ad vniuersum est ad vniuersum est.* quarti Metaph. 12. Est autem necessario verum id, quod à Deo decretum est, quatenus decretum est, futurum esse. Ergo impossibile est id, quod à Deo decretum est, non futurum. Et cur non posset, si potuit Dominicus à Soto apud Patres concipere impossibile quod Deus nondum fecerit.

VII. Terio, cum impossibilis variæ distinctiones esse possint, tum hæc inter alias, vt quædam dicantur impossibilia hominibus, quædam Deo Matthæi 19. *Apud homines hæc impossibilia sunt: apud Deum autem omnia possibilia sunt.* Ergo, non necessario blasphemus est in Deum quicquid aliquid dicit impossibile. Quia hominum infirmitas nihil derogat Dei potentix infinitæ.

VIII. Quo modo ergo Caluinus, quoque sensu vocauit impossibile? Nisi captus oculis mentis nemo hoc non videt: nam primo, quod Augustinus dixit, Deum posse hominem euehere in Angelicam puritatem: negauit se negare. At qui erat necessario negandum, si impotentiam Deo assignaret. Nam quis tam stupidus fingi possit, vt non sentiat, hæc duo se mutuo perimere, Deus potest hominem euehere in Angelicam puritatem: & Deus efficere non potest, vt homo totam legem præsteret? Cum igitur illud pro vero concesserit, nemo, nisi Sycophanta, non videt, nec istud quidem ab eo assertum esse.

IX. Et id ipsum euincunt ea verba, quibus suam sententiam explicat in conclusione. *Sic ergo extra controuersiam, inquit, impossibile esse in carne legis implementum, si natura nostra impotentiam intuemur.* Quæ verba qui non aduertunt, eos oportet sibi ipsis ipsos oculos eruisse: qui animaduertunt, nec ponderant, quales dicemus? Non dicit, Impossibile esse deo: non dicit, Impossibile, si Dei potentiam intueamur, ne homini quidem impossibile dicit, si supponatur ea potentia. Sed dixit esse impossibile, si naturæ nostræ potentiam intueamur: Ergo non Dei, sed nostri respectu, negauit fieri posse, vt lex impleatur: impossibile ergo nobis, id est, homini, non Deo.

X. Quid hoc? Si de verbo disputatur, Dominus rogantibus discipulis, quis possit saluus esse, respondit. *Apud homines quidem impossibilia, apud Deum vero omnia possibilia.* Hæc cene Sophistas non vidisse? Malitia ergo cæcos oportuit. Hoc cene dissimulasse? Eant, & se Sycophantas negent. Si de verbo, inquit, disputatur. Præuidit futurum, quod nos videmus impletum nonnullos ex impossibilitatis occasione sibi calumniam structuros; Ergo occupauit. Si quis igitur (inquit, nam hic sensus est) contendat non propterea impossibile dicendum hoc legis implementum, quod ab hominibus præstari nequeat. Respondeo contra, & posse & debere sic appellari: quia docuit Christus ea, quæ ab hominibus fieri nequeant, dici impossibilia, quamuis Deo possibilia.

XI. Nempe igitur non Caluinus, aut hæreticus, aut vlllo modo blasphemus, sed nequissimi Sycophantæ nostri sunt Sophistæ; qui absolute vel putant, vel putare volunt absolute Caluinum dicere impossibile, quod ille tantum dixit. Nec tamen contra vsus: quomodo sibi illi permittunt abuti nominibus in suum sensum, nulli præterea cognitam, sed vt soler communis vsus esse, vt quotidie loquuntur omnes. Adeo sibi ipsi didicerunt indulgere, cum in alios sin: vsque ad crudelitatem seueri.

XII. Sed rursus arguatur Hæius: Caluinus asserit importune de potentia Dei disputari contra eius veritatem. Ergo, Caluino iudice, qui de potentia absoluta disputat, contra radicem Scripturæ. Deinde, ergo Deus nihil potest, quod non promiserit verbo scripto: cur autem; inquam? Quia veritatem Caluinus appellat verbum scriptum.

XIII. Respondeo primum, Veritatem Dei, à Caluino nominari hoc quidem in loco vniuersaliter, pro eo attributo, quo Deus appellatur ipsissima veritas, vt sit sensus, nunquam differendum de Potentia Dei ad hoc, vel illud efficiendum, cum in contrarium partem constat dei eius veritate, quocumque tandem modo constet; siue scripto, siue aliter: exempli gratia, constabat ab initio Deum velle vt semen mulieris caput serpentis contereret: constabat autem, non scripto ante Moysen, sed viua voce, ex diserta promissione. Caluinus, si Iesum apostitum habuisset sophisticule argutentem genus humanum redimendum per cucurbitam: quia posset Deus omnipotens sibi suppositare cucurbitulam, sic enim in Scholis disputatum fuit: vnum hoc respondet, set, importune quæri de potentia Dei contra eius veritatem. Sic, etsi nunquam prædixerit Deus se non restauraturum virginem post lapsum, tamen non minus recte dixit Hieronymus, non posse restaurari, quia hoc ipsum constat non consistere cum Dei veritate: vnde autem constat? ex naturali lumine; quo docetur facta infecta fieri non posse.

XIV. Secundo, nego Caluinum his verbis definire quid sit possibile, an non sit, sed tantum dicere, non disputandum contra veritatem Dei; hoc est, cum constat Deum aliquo decreto in alteram partem, vt fiat, aut non fiat; siue id alias sit possibile siue impossibile, tamen simpliciter credendum, quomodo Deus declarauit se decreuisse. Exempli gratia: promiserat Abrahamo Semen ex Sara; vterque erat effectus; ac pro ordine naturæ exceperat spem proles. Non debuit tamen Abraham, non debuit Sara, contra eius promissionis veritatem disputare vlllo modo, vllauere ratione induci, vt id negaret futurum. Sic, quando audimus diserte assertum, *Nullum per legem iustificari apud Deum:* ad Galat non tantum frustra, sed etiam importune quærant Papistæ, possit Deus necne efficere, vt homo legem impleat. Nam etsi hoc possit: tamen fieri non potest, vt illud aliquando, vel in vlllo homuncione sit fallum. Ratio: quia mendax constitueretur cuius omnipotentia prætenditur. At qui mendax, ergo non omnipotens.

XV. Itaque Hæius consequentiæ sunt neptæ. Prima: ergo contradicit Scripturæ, qui de absoluta potentia disputat. Recte, inquam, si fateatur absolutam potentiam contradicere veritati: vt illam inordinatam, quam Caluinus oppugnabit proximo capite. Sin autem aliter, vident omnes *vt dicitur ad Galat.* Altera: ergo Deus nihil potest præter ea, quæ promissa verbo scripto: non potuit magis ridicule concipi. Non enim quæcunque sunt præter verbum scriptum, ea sunt contra Dei veritatem. Itaque etsi falsissimum est, ea posse euenire, quæ Deus declarauit non euentura: tamen multa quotidie eueniunt (non eueniunt autem absque eius prouidentia) quæ tamen nusquam promissa sunt: ac propterea eius præter Scripturam. Nou euenire autem hæc ipsa, si prædixisset non euentura.

## CAP. III.

## Dei potentiam eiusdem natura definir.

I. Tertia calumnia: A Caluino negari omnipotentiam absolutam Sanctus. Veteres Christiani omnes agnouerunt Deum posse infinita operari, quæ nunquam aut fecerit, aut facturus sit: & quoties vult miracula operari, id facit supra naturam, ac quarumlibet creaturarum captum. Propterea Theologi duplicem potentiam Dei statuerunt: vnâ ordinatam, qua Deus producit regi: que ordinarios effectus, atque actiones tum suas, tum creaturarum: iuxta legem à se naturæ impostam, ordinemque mundo assignatum. Alteram absolutam, quæ idem infinita potest supra omnem legem ordinemque mundi, tam terrestrem, quam cælestem. Caluinus autem, vt potentiam Dei cogat in ordinem eamque metiatur ex ordine mundi, ex lege & sapientia hominibus manifestata, imo accommodata iudicio humano, hanc distinctionem irridet, nominatque Sorbonitarum blasphemiam.

II. Hæc accusatio est. In qua illud de cogenda in ordinem potentia Dei, metiendaque ex ordine mundi, captuque hominum; non tantum falso, sed etiam malitiose additum: quia vidit Sycophanta: si nuda sententiam recitaret tanti viri, non satis futuram ad concitandam inuidiam, itaque necessario geminandam calumniam, vt quæ non posset singularis, multæ iuuarent. At ille profecto, tam pie, tam reuerenter de Dei rebus loquutus est semper, vt nemo magis; & de hac ipsa omnipotentia, cum alias, tum libro de æterna Prædestinatione, ex quo hæc accusationem concinnauit Sanctus: *Mira sane, inquit, hominum rabies, qui Deum sibi audaciter subicere, quam paganum aliquem iudicem aquare, non verentur. Tibi molestum est ac odiosum Deum plus posse, & facere, quam mens tua capiat, & quali autem tuo interdum concedas, vt suo iudicio fruatur.* En tibi hominem, qui potentiam Dei metiatur humano captu, qui coarctat intra fines rationis mortalis.

III. Sed de hac potentia absoluta locos Caluini describam: postea video, quo artificio calumnia structa sit. Instit. li. 3. ca. 23. §. 2. *Negue tamen commentum ingerimus absoluta potentia: quod sicuti profanum est, ita merito detestabile nobis esse debet. Non fingimus Deum ex legem, qui sibi lex est.*

quia, ut ait Plato, lege indigent homines, qui cupiditatibus laborant. Dei autem voluntas non modo ab omni vitio pura, sed summa perfecti regule, etiam legum omnium lex est. De aeterna Dei predestinatione. Si velle se ac iubere pronunciet mortalis homo, ut pro ratione sit sua voluntas, tyrannicam esse vocat fateor: sed id ad Deum transferre sacrilegi est furoris. Negam, quidquam Deo immoderatum assignere licet; ut in eo sicut in hominibus, exultet libido, sed merito hoc honoris deferatur eius voluntati, ut pro ratione valeat, quando omnis iustitia fons est ac regula. Nam quae in schola irita est, de duplici eius voluntate distinctio, à nobis minime admittitur. Voluntas Dei aliam ordinatam, aliam absolutam garriunt Sorbonici Sophista. Haec blasphemia, à qua merito abhorrent pie aures, Pighio et similibus esset planisibilis. Ego autem ex adverso contendendo, adeo nihil esse in Deo inordinatum, ut inde potius fluat, quicquid est in caelo et in terra ordinatum. Et eod. li. paulo ante finem: Quis nisi persuasione hanc animo penitus infixam habeat, iustum esse Deum et recta eius opera, in solo eius placito acquiescet: itaque Sorbonicum illud dogma, in quo sibi plaudunt Papales Theologastri, detestor, quod potentiam Dei absolutam assignit. Solus enim lucem à calore auellere, imo iuum ab igne calore, facilius erit, quam Dei potentiam separare à iustitia. Facessant igitur procul à piis mentibus monstrosum illa speculationes plus aliquid Deum posse quam conueniat: vel eum sine modo et ratione quicquam agere. Nec vero commentum illud recipio, Deum, quia lege solutus sit, quicquid agat, reprehensione vacare. Deum enim ex legem qui facit, maxima eum gloria sua parte spoliatur, quia recedit iudicium eius ac iustitiam sepelit. Non quod legi subiectus sit Deus, nisi quatenus ipse sibi lex est. Talis enim est inter potentiam eius ac iustitiam symmetria. Et consensus, ut nihil ab ipso nisi moderatum, legitimum, ac regulare prodeat. In Esaiæ cap. 2. ad vers. 9. ex hoc loco discamus protidentiam Dei sic nobis considerandam esse, ut omnipotentia eius laudem, et gloriam tribuamus. Sapientia enim et iustitia Dei, semper cum virtute eius coniungenda est. Quomodo ergo Scriptura docent Dominum hoc voluisse facere iustitia et sapientia sua: ita docent certum finem cur hoc vel illud faciat. Nam commentum illud de absoluta potentia Dei, quod Scholastici inuenerunt, execranda est blasphemia. Idem enim est, ac si Deum tyrannum quendam esse dicerent pro libidine, non equitate, aliquid statuerent. Talibus blasphemis referta sunt eorum schola: neque ab similes sunt Ethnicis, qui Deum in rebus humanis ludere aiebant. Nos vero in schola Christi docemur, iustitiam Dei velucere in operibus ipsius cuiusque modi: ut obstruantur omnium ora, et gloria ipsi soli tribuatur.

IV. Ex his illud satis perspicuum, valde displicuisse Caluino distinctionem potentiae Dei in ordinatam, & absolutam. Quae quidem si nulla alia fuit, quam quomodo Sanctus paulo ante explicabat, fateor immerito Calu num exarsisse: non potest enim quaequam magis pie dici, quam primo Deum producere moderatam ordinatam naturam effectus. Secundo multa item efficere praeter ordinem naturae. Anathema, quicumque horum negabit alterutrum. Et quaequam non nihil in nominibus ordinatae & absolutae vitij esset: vix enim solent inordinatum sonare in bonam partem: tamen, quia cum de re constat, frustranea est *λογίζεσθαι*, id quicquid esset, facile esset condonandum. Dico, testor, spondeo: & si quid amplius opus est, iuro tum Caluino, tum nobis omnibus Catholicis illud esse persuasissimum, quod Basilii scriptum reliquit 1. Hexameri *ὁ θεὸς πάντως τὰ πρὸς ἡμᾶς ἔχει ἐν ἡμῶν ὀφειλῶν ἕνεκα πλεονεξία δὲ ἡμῶν, ἀλλ' εἰς τὸ ἀπέχεσθαι ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐπιθυμίας, ὡς ἂν ἐπιθυμῶμεν αὐτὸν ὡς ἄνθρωπον, ὅτι οὐκ ἔστιν ὡς ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς θεός.* huius epistolaem suam illam effectricem potentiam non habuisse commensuratum uni mundo, sed in infinitum excedentem.

V. Sed video Sanctesum sine praeter imperitia nescisse; siue praeter vafrutiae dissimulasse; Scholarum de hac distinctione sententiam. Nam certe Scholastici, cum huc deuenierunt, ita plenis feruntur velis, ut sibi re ipsa ostendant nihil esse non inordinatum, adeo nihil est tam absurdum, tam alienum à ratione, de quo non disputent. Alstenstaig in dictionatio, à Magistro, & aliis asseri dicit, Deum quaedam posse de potentia, quae non possit de iustitia. Horrendum dictum, quasi villo casu, fingi possit Deus abscedere à iustitia. Consultantur Scholastici in distinct. 44. 1. Sen. ent. & videbit quisque, quam non immerito Caluinus ab hac distinctione fuerit alienus. Communis quaestio est. Vtrum potuerit Deus mundum creare meliorem. Alij addunt, vtrum potuerit infinitos mundos. De Orbellis. Deus ex potentia absoluta potest saluare Iudam: licet à sapientia eius lex universalis emanauerit, quod omnis finaliter malus damnabitur. Alstenstaig. Multa Deus potest de potentia absoluta, quae non facit de potentia ordinata. Sic ut de potentia ordinata non infligit Deus poenam, nisi praecesserit culpa: nec culpa remittitur, nisi gratia gratum faciens infundatur. Ex his concludit; posse de potentia absoluta infligere poenam, nulla praecedente culpa: remittere etiam culpam nulla infusa gratia gratum faciente. Atque, en tibi thesaurum absolutae potentiae.

VI. Quid plura? Nullae sunt ad hanc absolutam potentiam quaestiones, quae non aliquid monstruosum habeant: aut tale saltem, quale certum sit nunquam fuisse, nunquam futurum: ut Almainio distinct. 1. 3. quaest. 2. Est communis opinio, quod Deus potest sibi vnire hypostaticè, aut personaliter indifferenter quamlibet creaturam: siue rationalem siue irrationalem. Horrendum. Itane, ut per hanc potentiam absolutam aequè potuerit esse verus Deus & verus lapis? Parum dico; & tu mihi, o Deus, ignosce, non nisi inuito ad has deuenienti blasphemias: aequè potuerit dici vere Deus, & vere daemon, ac vere Deus, & vere homo. O portentosa! Cuidam quaerenti quid ageret Deus, & antequam mundum crearet, respondit quispian, infernum condere, quo exciperet huiusmodi quaestionum autores. At tu, vir bone, nunquam incideras in istos nostros Sophistas: quibus, quot inferna sufficerent, si illis tuis vnum erat necessarium? Bene Cyrillus aduersus Anthropomorphitas 13. *ὁ θεὸς οὐκ ἔστιν ὡς ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς θεός, ὅτι οὐκ ἔστιν ὡς ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς θεός, ὅτι οὐκ ἔστιν ὡς ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς θεός.* Stolidas istas interrogaciones, & in quibus est absurditas multa, oportet omnino non admitti.

VII. Quid mihi tu, Sanctes, istam narras absolutam potentiam ad paranda miracula? Vin tibi credam soli? Nam tu illi Scholastici Patres huius inordinationis, quum ad eam deferuntur, de miraculis, magis multum sunt quam pisces: de portentosis suis somniationibus loquacissimi. Credam ergo his potius quam tibi? & absolutam potentiam imaginabor

σοφῶν φάρμακον, quo vos cum libebit possitis fucare monstrosas imaginationes tam in dignas viris piis, quam dignas nugacibus Sophistis?

VIII. Erant haec indigna Theologis. Sed audite Armandum de Belouisu tract. 2. c. 9. Potentia Dei absoluta dicitur posse suum vel potestas sua absolute considerata, sine respectu habito ad aliquod attributum diuinum. Potentia autem ordinata dicitur Potentia Dei ordinata ob aliquod attributum: vel iustitiam, vel sapientiam, vel clementiam, et eiusmodi. Deus boni: quod genus hoc portenti est: Itane, Deum aliquid posse, nec sapienter, nec iuste, nec clementer? Quid hoc est, si non est discerpere infinitam & simplicissimam essentiam? Nam illa quidem paulo ante enumerata, et si erant illa horrenda, tamen Deum potentem comparabant eum creatura, ordineque naturae, in qua nihil est admittendum, quod ob stare possit voluntati Diuinæ. Sed haec ipsum Deum sibi comparat, imo non comparat, sed opponit, quod non potest absque immani sacrilegio.

IX. Hoc igitur potentiae inordinatae omnium Caluinus exagitauit non volens inordinatum in Deo quicquam patienter audire, quum certo certius sciebat ordinis fontem. Inter ea nulam legem praescribi praeter ipsius voluntatem, quae non possit esse non iusta. Ita vere omnipotens constituitur, nec aliter poterit. Potest omnia, aiebat Origenes, quae cum possit, non exit à natura, hoc est, à sapientia, à bonitate: cur non aequè à voluntate? Imo Augustinus cap. Enchiridii 96. Neque enim veraciter ob aliud vocatur Omnipotens, nisi, quia quicquid vult, potest, nec voluntate cuiuspiam creatura voluntatis omnipotentis impeditur effectus. Et Chryostomus expositione 2. Symboli, quamquam credo esse potius Augustini: certe auctoris Latini: Omnipotens dicitur, quia posse ipsius non potest inuenire non posse, dicente Propheta, Omnia quaecumque voluit, fecit in caelo et in terra. Ipsa ergo omnipotentia, ut totum quod vult possit. Alidorus Pelusiota Epist. 117. libr. 2. *Εἰ ἰσχυρὸς ἐστὶν ὁ θεὸς, εἰ πάντα τὰ θεοῦ δυνατὰ, ἀποκρινόμεθα ἐπὶ πάντων αὐτοῦ, ὅτι πάντα αὐτοῦ δυνατὰ ἐστὶν ἔργα, ὡς καὶ πάντα βέλτεται ἡ τὰ θεοῦ. Ἐὰν ἀρῶμεθα ἅπαντα ὅτι ὁ θεὸς δυνατὸς ἐστὶν, ἀποκρινόμεθα ἐπὶ πάντων αὐτοῦ, ὅτι πάντα αὐτοῦ δυνατὰ ἐστὶν ἔργα, ὡς καὶ πάντα βέλτεται ἡ τὰ θεοῦ.* Si quaeratur à nobis, an sint omnia Deo possibilis, respondeamus consentanea ei: et ita sola erit omni inutilis quaestio. Potest quidem omnia, vult autem optima. Damascenus Orthodoxae fidei libr. 1. cap. 8. varia Dei nomina enumerans, *δυναμὴν*, inquit, *ἐδωκεν μίσην ἡνωμένων, μόνον ἢ τὸ εἰς αὐτὸν βελήματα ἡμετέρας μὲν, πάντως ἢ ὅσα ἐστὶν ἡμῶν.* Potentiam nulla mensura cognitam, sed sola propria voluntate mensuratum: omnia enim, quaecumque vult, potest Alcuinus de diuino officio c. 41. ubi est explicatio Symboli. Omnipotens dicitur, eo quod omnia potest. Et quare dicitur omnipotens, cum omnia non possit mentiri non potest, quia immutabilis est. Sed sciendum, quia quicquid illum decet, potest. Optime: neque vnquam aliter Caluinus respondisset.

X. Hoc posito fundamento, confidenter Caluinus argumentatur, à natura voluntatis Dei, contra inordinatam illam potentiam. Quicquid inordinatum est, vitiosum est. At in potentia Dei nihil est vitiosum. Ergo potentia Dei non est inordinata. Quicquid est inordinatum, est sine lege. At Dei potentia non est sine lege: ergo non est inordinata. Probat minor, quia Deus ipse sibi lex est. Nullus autor ordinis est inordinatus. At Deus est autor ordinis: ergo non est inordinatus. Si potentia Dei est inordinata, ergo separatur ab eius sapientia. At hoc est impossibile. Ergo nulla est potentia Dei inordinata. Haec & alia sunt argumenta Caluini: quae perperna oportuit ab aduersariis. Sed hi Sycophanta um partes assumerent maluerunt.

XI. Argumentantur. Deum posse facere multa, quae nunquam fecit, aut facturus est vnquam. Ex Matthaei 26. *An putas me non posse nunc praecari Patrem meum, qui huc misit mihi plures quam duodecim legiones Angelorum?* Lucæ 3. *Dico vobis posse Deum etiam ex lapidibus istis excitare liberos Abrahae.* Et alia nonnulla: etiam ex Patribus. Quasi sic concludentur: Quicumque multo plura potest quam vnquam aut fecerit, aut facturus sit, ille habet potentiam inordinatam. At Deus id potest. Ergo habet potentiam inordinatam.

XII. Respondeo, negari maiorem. Nam in minore probanda, cur sese frustra fatigant homunculi? Enimvero magnum praestant, qui de Deo id probant, quod de quolibet homuncione vno neget. Certe sese Paulus dicit potuisse ducere mulierem sororem: quod tamen fecit nunquam. Dauid potuit Saulem occidere. Absit ergo ut negemus Deum, si vellet, posse plura facere, quam quae facit. Maiorem ergo debuerant Sophistae confirmare. Vinceret si confirmarent. Sed obstant Caluini demonstrationes: Inordinatum illud est, quod ordine caret, quod sapientiae contrarium est, quod legem nullam habet: ideoque à iustitia aberrat. Quomodo cum nugantur posse à Deo poenas infligi, nulla praecedente culpa. Hoc munstrum Caluinus impugnavit: quod cum ea potentia, quae est supra ordinem naturae, nihil habet commune.

XIII. Nempe, duplex est ordo: alter creatus, qui consideratur in vniuerso mundo, ab initio ad finem, à summis ad infima. Alter increatus, in ipsa Dei voluntate, quae à sapientia nullo modo separati, vix etiam distingui potest: quamuis nos balbutiendo de rebus infinitis, distinguamus ex nostro capite. Nam in Deo certum idem esse potentiam, voluntatem, sapientiam, maiestatem, reliqua. Ab illo ordine creato recte potentia diuina absoluitur: & quicumque sic docent, verissime docent: neque vnquam Caluinus contradicit. Ab hoc ordine quae descendunt, cum ei sint obnoxia, vitiosa sunt, & inordinata appellantur.

At ordinem illum increatum quicquid à Deo separabit, vult sic dicat, Deum aliquid posse inordinate: nam ille se frustra vertat in omnes partes: non enim effugiet impietatem.

## CAP. IV.

## Confessio Catholicorum de Dei Providentia.

I. **A**D Dei Providentiam venio: de qua sic docent Catholici in Gallica confessionis art. 8. *Credimus Deum omnia non tantum creasse, sed etiam regere & gubernare, ut qui pro sua voluntate disponat, & ordinet quicquid in mundo evenit. Negamus tamen illum esse authorem mali, aut eorum, quae perperam sunt, ullam culpam in ipsum transferri posse, cum ipsius voluntas sit summa & certissima omnis iustitia norma. Habet autem ipse admirabiles, potius quam explicabiles rationes, ex quibus sic videtur diabolis omnibus, & peccantibus hominibus, tanquam instrumentis, ut quicquid illi male agunt, id ipse sicut iuste ordinavit, sic etiam in bonum convertat. Itaque dum confitemur, nihil prorsus, non interveniente ipsius providentia & ordinatione fieri, humiliter adoramus arcana nobis occulta, neque in ea, quae captum nostrum superant, inquirimus. Imo vero usui nostro applicamus, quod Scriptura, quietis, & tranquillitatis nostra causa, docet: Deum videlicet, cui res omnes subiecta sunt, paternam sollicitudinem pro nobis excubare, adeo ut ne pilus quidem capiti nostri defluat absque eius voluntate. Satanam autem, & omnes nostros adversarios, sic tenere constitutos, ut nisi potestate ipsi facti, ne tantillum quidem nobis incommodare possint.*

II. Hanc de Providentia doctrinam latius exequitur Calvinus Institut. lib. 1. c. 16. & 17. & libro de aeterna Dei Praedestinatione. Beza in brevi explicatione totius Christianismi: In absterfione calumniarum Heshusij. Musculus in locis communibus. Bulingerus Decadis 4. serm. 4. Zanchius de Natura Dei libri 5. c. 1. Zacharias Ursinus in summa Religionis Christianae. Quorum prolixiores tractatus in hanc Epitomen redigere libet.

III. Nunquam bene intelligitur, quid sit Deum esse Creatorem caeli & terrae, nisi ad eius providentiam perveniat: cuius natura in hunc modum colligitur de Scripturis: ut qui omnium creator, idem in perpetuum conservator sit & moderator. Nec enim magis consistere posse mundum ab eo non conservatum, quam omnino existeret non creatum.

IV. Conservatur autem non ut uniuersali quadam motione, tam orbis machinam, quam singulas partes agitet Deus: sed singulari providentia unum quodque eorum, quae quomodo eorumque sunt, ad minimum usque passerem: imo & capillum, sustineat, foueat, curet.

V. Omninoque cauendum, ne omnipotentiam cogitemus, inanem, otiosam, aut sopitam, sed potius vigilem, efficacem, operosam, semperque in actu continuo: aut esse tantum generale principium confusi motus, tanquam fluvium, per aluicum semel praefixum fluere iuberet: sed ad singulos potius & particulares motus intentam esse. Et si imaginibus quibusdam placet hanc doctrinam ob oculos ponere, ne cogitetur Deus instar fabri cuiuspiam, qui horologium pulchre concinnatum, ponderibus semel elatis, otiose spectat spatium suum rotarum, dent. colorumque admiraculo decurrere. Sed potius periti et usdam in morem musici, qui fidibus sic utitur, ut singulos tonos & concentus totidem pulsibus efficiat.

VI. Rursus vero, ne quis putet hanc operosam providentiam in dies & horas, atque de presenti humano more consilium capere. Est enim ab aeterno: eique certum suum constat de singulis eventibus decretum, ante omne tempus, adeo ut sine hoc omnipotentis Dei aeterno decreto nihil fiat uspiam, unquam à quoquam, neque uniuersaliter, neque specialiter, ne iis quidem exceptis operibus, quae vitio creaturarum, mala & dicuntur, & vere sunt. Hoc idem decretum, non tantum ab aeterno est, sed etiam certum, ratum, infallibile, immutabile, ac proinde eventus habet hac quidem ratione necessarios: nempe, quatenus id necessarium dicitur, quod aliter habere se non potest: & quidem, non secundarum causarum habita ratione, quae saepissime contingenter, nonnullae etiam voluntarie agunt: sed tantum summæ causae, quae cum sit aeterna & verissima, frustra esse nunquam potest.

VII. Itaque haec providentia, non tantum finem vltimum sibi proponit rerum, de quibus statuit, imo quem statuit: sed etiam media omnia ad eum finem tendentia: Ita ut ne media quidem sint, nisi quatenus ordinata à Deo: nec minus certus sit eorum concursus, quam ipse finis: & aequae eademque ratione necessarius.

VIII. Quare providentia nunquam est sine praedestinatione: nec differt haec ab illa nisi ratione, & nostri gratia: qui, quia omnia quae de Deo dicuntur, non possumus simplicissime, ut sunt in eo, considerare; necesse habemus quasi particulatim distinguere: unde est, ut voluntas distinguatur à sapientia: haec ab omnipotentia: non quia aliud sit Deo velle, aliud sapere, aliud posse sed quia nobis docendis illa necessario distincte proponenda. Dicitur ergo providentia, generaliter, quatenus rebus omnibus prouidet, infinita sapientia sua. Praedestinatio specialiter, quatenus singula destinata ad suum usum, siue finem, ad quem etiam media disponit.

IX. Opponitur autem haec doctrina gemino errori: quorum prior fortunam ponit, fortuitosque eventus, id est, caecum temerariumque rerum successum. Quasi id Deum deceret: quod est indignum quouis non infano patre familias, cuius partes sunt, domui suae ita prouidere, ut nihil neglectum relinquat.

X. Alter statuit in Deo nudam praescientiam, quae nullo modo causa sit rerum futurarum: sed tantum anticipata cognitio: quomodo Astrologorum peritissimi, multis non diebus tantum, sed annis etiam ante praedicunt Lunae Solisque labores, quam eueniant: ita tamen, ut non tantum eos non efficiant, sed etiam profus nihil ad eos conferant, quo eueniant, vel non eueniant.

## CAP. V.

## Status controuersiae de contingentia &amp; necessitate.

I. **D**E Providentia disputatur duobus capitibus: quorum primum est de contingentia & necessitate eventuum: secundum de auctore peccati. Controuersiam de contingentia & necessitate, grauius exagitant Sanctesius in Atheismis: Albertus Pighius de libero arbitrio lib. 8. Ioannes Faber Episc. Viennensis libro de absoluta necessitate. Tractant etiam Ioannes Arboreus Theosophiae lib. 14. cap. 6. Ioan. Antonius Delphinus de salutari progressu lib. 1. Ioan. Auratus paradoxo 47. 65. 74. Eorum sententiae haec summa est.

II. Esse in Deo praescientiam; eamque certam, ut falli nequeat: & omnino, quod semel Deus praesciuerit, futurum esse. Nullam tamen inde rebus necessitatem inferri: Deum si quidem, ut pote infinitum, res omnes ab aeterno nosse, nec ut nos per temporum successiones, qui praeterita praesentia, ut praesentia futura, ut futura: sed simul & simul omnia aequae. Sic speculatorem illum 2. Samuelis c. 18. à summa turri simul currentes vidisse Achimaeas & Chusi: Dauidem vero sedentem inter duas portas, vidisse utrumque quidem, sed successiue, scilicet illum priorem, alterum posteriorem.

III. Porro non magis Dei praescientiam conferre ad euentum, quos prauidet necessitatem, quam illius speculatoris ad cursum eorum nunciatorum. Itaque praescientiam Dei nullam inferre rebus futuris necessitatem: atque adeo, saepe esse absque praedestinatione, id est, certo praescientis Dei decreto. Euenire enim multa contingenter; plurima etiam ex arbitrii libertate: esse vero contingentiam & arbitrii libertatem contrariam necessitati.

IV. At Catholici constanter docent, non posse Dei praescientiam separari ab eiusdem decreto siue praedestinatione. Decretum autem nullo modo falli posse: Itaque eius certissimos, imo vero etiam necessarios certissimos euentus esse, & Dei quidem habita ratione omnino nihil esse, non tantum fortuitum, sed ne contingens quidem.

V. Tamen contingentiam prorsus, aut absolute non negari: multo minus liberum arbitrium: utrumque enim in proximis causis considerari, quibus tanquam instrumentis Deus utitur ad exequenda aeterna decreta.

VI. Nam his ipsis instrumentis Deum vii non vno modo: Sed alias, contra ipsorum naturam: ut coruis ad pacendum Eliam: Samson ad necem Philistinorum: Dauid ad Goliathum necandum: nube ad Israelitum interdiu deducendum: igne autem noctu: & similibus plurimis. Imo etiam contra voluntatem: sic enim Balaamum inuitum, benedixisse Israel: Caiapham inscium luculentum protulisse de vilitate mortis Domini, Iulianum Apostatam exclamasse, Vicisti Galilae.

VII. Saepius tamen, secundum eam naturam, quam ea habent instrumenta, siue inditam à creatore, in ipsa creatione, siue quoquo modo post creationem acquisitam. Sic ignis, cuius natura cohibita fuit, ne pueris tribus noceret in fornace, regis tamen satellites combustos fuisse. Sic qui aeternam naturam ita immutauerat olim, ut voces funderet humanas; idem non immutauit, cum eius adhibuit ministerium, in solemnibus Seruatoris triumphalique ingressu in ciuitatem Hierosolymitanam: & qui inuitum Balaamum coegit ad benedicendum; antea vsus erat labo volente, spontaneoque, ad benedicendum duodecim Patriarchis.

VIII. Atque hoc modo negant Catholici tolli vel contingentiam, vel liberum arbitrium, ut nec ab igne calor, aut corno volatum. Quod enim dicitur Deum ab aeterno decreuisse, quod in tempore accidit, ita intelligendum esse, ut decreuerit creaturas hoc illudve exequi: ut pro suo, si ita dicendum, ingenio: vel naturaliter, vel contingenter, vel voluntarie: quemadmodum enim, cum decreuit Sodomam igne consumere, Aegyptios vndis obruere, etsi neutrum effectum profus naturaliter fuit: tamen non est aut impedita, aut mutata natura, aut ignis, qui calore suo Sodomam redegit in cineres, ut solet: aut vndarum, quae intercluso aere, suffocauerunt Aegyptios, quod sit quotidie. Sic cum per Iudam Iudaeis Filium suum tradidit: etsi fuit ab eius decreto certissimo, tamen non propterea, non à Iudae voluntate, id est, libero arbitrio. Et ut vno verbo expediam, decreuerat ab aeterno Deus Sodomam perdere vitione ignis: Aegyptios suffocatione in vndis: Iesum etiam tradere libera illa Iudae nequitia: quomodo contra decreuerat ab aeterno tres pueros in igne illatos seruare: Ionam in vndis, contra ignis vndarumque naturam.

## CAP. VI.

## Providentiam esse particularem in rebus omnibus.

I. **S**icut de Providentia fidem Catholici tam certo probant, tum ex Scripturis, tum ex Veteribus, tam à ratione, ut nihil supra: Vix enim vltimum indicari queat religionis Christianae dogma: cuius discretiora, frequentioraque extent in literis sacris documenta. Adeo videtur Deus certo consilio hanc doctrinam particularem, in omnes vitae partes vtilissimam, contra hominum auaritia, insolentes cauellationes solidissimam: eam vultuuisse. Ut mirum sit aliquos unquam extitisse, qui se potuerint credere non indignos nomine Christiano, dum hunc articulum vel oppugnant, vel omnino in dubium vocant. Probationes d. scribam, ut primo demonstrarem in vniuersum providentiam particularem: secundo in rebus naturalibus: tertio in voluntariis: quarto in contingentibus.





literam libro 5. cap. 21. contra eos qui dicerent sublimes mundi partes tantum diuina providentia gubernari. Contra hos, inquit, loquitur Psalmus; qui cum explicasset laudem caelestium, se etiam ad ista inferiora conuertit dicens, Laudate Dominum de terra dracones & omnes abyssi: ignis, grando, nix, glacies, spiritus tempestatis, qua faciunt verbum eius. Nihil enim tam videtur casibus volui, quam omnes ista procellosa ac turbulenta qualitates, quibus caeli huius inferioris, quod non immerito etiam terra nomine deputatum est, facies variatur & vertitur, sed quum addit, qua faciunt verbum eius, satis ostendit eorum quoque rerum ordinem diuino subditum imperio, latere nos potius, quam vniuersalitati deesse natura. Quod autem ore suo Saluator dicit, vnum passerem non cadere in terram sine Dei voluntate; & quod foenum agri post paululum mittendum in siliabum, ipse tamen vestias, nonne confirmat, non solum totam istam mundi partem rebus mortalibus, & corruptibilibus deputatam, verum etiam vilissimas eius, abiectissimasque particulas diuina providentia regi? Idem de Agone Christiano cap. 8. Nonne duo passeres esse veniunt, & vnus eorum non cadit super terram sine voluntate Patris vestri? hoc enim dicit volens ostendere, quicquid vilissimum homines putant, omnipotentia Dei gubernari. Sic enim & volatilia caeli ab eo pasci, & lilia agri ab eo vestiri, veritas loquitur, qua capillos etiam nostros numeratos esse dicit.

XVI. Soliloquiorum cap. 6. Sicut per ipsum omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil, sic per ipsum omnia conseruantur quacumque sunt siue in caelo, siue in terra, siue in mari & in omnibus abyssi: nec pars pars in lapide adheret, nec in aliquo creatorum, nisi quia per verbum conseruantur, per quod omnia facta sunt. In Sententiis eidem adscriptis tomo 9. Creatoris omnipotentia est causa subsistendi omni creatura: qua virtus si ab eis, qua comisit, regendis aliquando cessaret, simul omnium rerum species & natura concideret. Proinde quod Dominus ait, Pater meus usque nunc operatur, quandam continuationem operis eius, qua simul omnia continet, atque administrat, ostendit.

XVII. En tibi perscriptam Ecclesiae doctrinam, qua his axiomatis continetur. Esse pro certo diuinam providentiam, qua hoc vniuersum semel creatum deinceps administrat. Administrat autem, tum & luc, tum per partes: & partes quidem non praecipuas tantum, sed etiam minimas, infimas, vilissimas: nec eas tantum, qua naturaliter solum motu aguntur, sed etiam qua voluntario. Hanc providentiam esse omnipotentem, ac proinde non tantum spectantem instar praetoris cuiusdam ludos, quibus praesidet: sed vere & efficaciter mouentis, per singulos actus. Denique nihil omnino absque hac omnipotente providentia.

XVIII. Et sane ratio est perspicua. Nam, si non omnia reguntur hac Dei providentia; ergo qua inde excipiuntur, vel sibi permittuntur, vel fortunae, vel fato. At fatum omnino nullum statui potest: quia, si non est Deus, ergo est aliquid creatum: si est creatum, quomodo ei reliqua creata sunt obnoxia? nam quum contemplantur mundum constantem ex variis partibus, tum facile est aduertere non esse etiam excellentissimas reliquas obnoxias. Angeli enim non agunt pro suo arbitrio, aut homines; aut plantas: homines item longe praestantiores caelis & elementis, tamen in caelos & elementa nihil possunt: moueri autem ab inferioribus praestantiores longe magis absurdum est. Non igitur fato reguntur, si qua excipiuntur a providentia Dei.

XIX. An igitur fortuna? vix dicas veri sint absurdiore, quine fatum. an qui fortunastantunt. Nam, quomodo tot partes, tantaeque, tam diuersae fortuito motu sic concurrunt ad vnum constituendum vniuersum, aut quomodo non ab eo separantur fortuito partes, quas providentia non regit? Imo quando sint ex aliquibus oppositae providentia & fortuna, quomodo in eundem conspiciuntur finem qua providentia reguntur, & qua fortunae permittuntur? aut si non conspirant, qui sit ex utriusque vnus mundus? hoc vero mens humana concipere non potest.

XX. An denique sibi permittentur? At primo absurdum est, vel cogitare Deum quicquam sic creasse, vt eius dominio se postea abdicaret. Tum scimus certissimo, retinuisse sibi subiectos Angelos, homines, caelum, terram. Non potest autem simul consistere, vt in iis Deus dominetur, & ea sibi tamen permittat. At si praecipuas illas partes Deus sibi ipsi non permittit, multo minus reliquas. Deinde, si permittit sibi eas singulas, rursus interrogo, vt de fortuna, qui sit, vt conspiciunt in vnus mundum. Nam mundi partes non singulas tantum debemus seorsim considerare, sed et omnes inter se comparate: alioquin dissoluetur vniuersitatis harmonia. Rursus, si partium mundi, aliae reguntur a providentia, aliae tantum a seipsis, vel nunquam concurrunt, vel si concurrunt, id fiet, vel consulto, vel fortuito: si nunquam concurrant, ergo soluitur vniuersi harmonia, quod est absurdum. Si concurrunt fortuito, ergo stabilitur rursus fortuna; qua nulla esse potest. Si consulto, ergo vel providentia cedit & in se cedit ad nutum eorum rerum, quas ipsa non regit, quod alienissimum est a ratione: vel haec, qua seipsas regunt, in se cedere ad providentiae consilia, est autem impossibile providentiae consilia cognita esse rebus creatis, nisi supposita reuelatione: quam certum est esse paucorum admodum. Itaque non potest quicquam creatum sibi omnino permitti, vt non regatur & dirigatur a providentia.

## CAP. VII.

## De Providentia in naturalibus.

I. Vncti igitur moderatur Providentia Diuina: & quidem non otiosa inspectione; Nam hoc quidem non est providere: sed praesentis potentia & efficacia. Inde est, quod in Deum Scriptura refert omnes ac singulos euentus in natura rerum: quocumque siue modo siue ordine fiant. Quod mihi nunc demonstrandum: & primo quidem in rebus naturalibus; vt constet etiam ea qua fiunt secundum ordinem Naturae, quem ab initio creationis, vnde initium est naturae singulis rebus Deus indidit, quotidie fieri sigillatim a particulari Dei providentia praesentem efficaciterque operante.

II. Matthaei 6. Ne estote solliciti de anima vestra quid esuri sitis, aut quid bibaturi: neque de corpore vestro, qua vestis induendi. Nonne anima plus est qua alimentum, & corpus quam vestitus? insuamini in volucres cali: non seruant neque morunt, neque cogunt in horrea: & Pater vester caelestis alit eas: nonne vos multo praestatis eis? ac de vestitu, quid solliciti estis? discite quomodo lilia agrorum crescunt: non fatigantur neque nent: sed dico vobis, ne Salomonem quidem, cum vniuersa gloria sua, sic amictum fuisse, vt vnum ex istis. Quod si herbam agri, qua hodie extat, & erat in siliabum mittitur, Deus ita circumspicit, nonne vos multo magis, & exigua fide praediti?

III. Disertus locus, & diligenter aduertendus. Thesis est, an singulos homines, puta Apostolos, discipulos, fideles, Deus sit nutriturus & vestiturus. Haec Thesis non potest intelligi, nisi pro ratione subiecti. Agitur ergo de hominibus alendis, vt sciendum est: vt trumque enim solet in dies fieri: non autem certo constantique ordine, qui ab initio ita dicitur at constitutus, vt deinceps nona nulla cura indigeat, aut opera. Nam experientia contra docet, non in singulos tantum annos, sed pene in singulos dies, iis rebus consuli oportere. Iam vero Christus eam thesin concludit in partem affirmatiuam: hoc vero magnum. Sic enim constat Deum quotidie potenter agere, vt prouideat cibum, prouideat et vestes hominibus. Hominibus autem, nempe singulis: non enim omnium eadem ratio & via. Ergo hic certo habemus providentiam Dei peculiarem; & vt ita loquar, indiuiduam, ergo homines: imo hominum singulas necessitates, tum nutriendi, tum vestiendi: imo harum necessitatum singulas.

IV. Hanc thesin affirmatiuam probat Christus exemplo auium & liliorum; id est, rerum ipso homine longe inferiorum: Ergo primo sigillatim auibus, sigillatim liliis idem Deus prouidet, & prouidet per singulos actus. Nam si non ergo non bene Christus probasset thesin. Nam quem admodum non sequitur Regem singulis prouidere indiuiduis in suo regno; et si prouideat omnibus illis; Sic non esset certa consequentia ab vniuersali providentia circa aues & lilia, ad particularem circa hominem.

V. Similes loci Psalm. 136. Qui dat cibum omni carni: quia in saeculum est bonitas eius. Et 145. Oculi omnium ad te spectant quibus tu das escam suam tempore suo. Aperis manum tuam, & saturas quicquid visus ex beneplacito. Et 147. Dat iumentis cibum suum, pullis cornuorum qui crocitant. Iob. 39. Qui comparat coruis escam ipsorum, quum pulli eorum ad Deum fortem vociferantur, aberrantium penuria cibi? Psalm. 104. Iuuenes leones rugientes ad praedam, & quidem quarendo a Deo forti praedam suam. Ex his omnibus illud conficitur prouidere Deum escam omnibus animalibus. Et quidem suam cuique. Nam ea vis est exemplorum: ac maxime leonem praedam suam expectantem a Deo. Non enim leones, nisi sigillatim, sibi quisque escam quaerit.

VI. Itaque Psalmus 107. eos qui famem passi sunt, tum postea saturati, admonet hanc laudem Diuinae providentiae tribuere. Celebrant apud Iob uiam benignitatem eius, & opera mirabilia eius apud filios hominum: tum satiare animam appetentem, & animam famelicam explere bono. Nimirum collecto axioma vniuersali de singularibus exemplis. At qui sibi peculiariter prouisum senserunt, testentur idem ab eodem reliquis omnibus expectandum. Vel contra, applicato vniuersali axioma singularibus exemplis, quoties fit, vt esurientes saturantur, id non fieri nisi providentia diuina. Quam ergo particularem esse oportet, tum, qui non omnes esurientes saturantur: tum quia qui saturantur, variis modis ac rationibus saturantur: non vno eodemque modo: vna eademque ratione, qualis vniuersali vna regula, atque ordine: quomodo caelis vniuersalis est motuum continuatio.

VII. Enimvero, quid in tota natura naturae magis ipsa animalium generatione? Atqui in pecore suo agendo, Iacob discrete praesentem Dei providentiam & agnoscit & confitetur; Genes. 31. Vos nostis omni facultate mea me seruasse patri vestro: patrem autem vestrum illuxisse mihi, & mihi esse mercedem meam decies: quamuis non permiserit ei Deus, vt damno afficeret me: Quum ita diceret, punctulus reserforum esto merces tua: tum peperisse pueros omnes punctulis reserforum factus: quum vero sic diceret, variorum cruribus ista merces tua, tum peperisse omnes pedes variis cruribus: Itaque eripuisse Deum pecus patris vestri, & tradidisse mihi. Nihil disertius. Non tantum enim tribuit Deo multiplicationem animalium: sed etiam vt talia nascerentur. Et quidem licet artificium adhibuisset: vt scias in hac ipsa generatione, qua fiebat per naturam, & quidem arte adiutam, Deum successum dare: atque in eo manifestaretur particularis Dei providentia, non tantum vniuersalis, ex illo principio creationis, factis: nunc, augescere & implere terras.

VIII. Sed de hominis generatione longe illustrissima sunt testimonia ista ad Abrahamum. Numera ipsas stellas, si poteris numerare eas, sic futurum est semen tuum. Genes. 15. & 17. Patrem multitudinis gentium constituita. Ad Agar ancillam Sarae, 16. Valde multiplicabo semen tuum, adeo vt non possit numerari pro multitudine. Et 21. de Ismaele. Filium ancilla huius efficiam patrem gentis magna. Et similia multa. Sic constat, et si hominibus ab initio creationis aequae ac caeteris animantibus benedicens dixit, vt crescerent & multiplicarentur, tamen hanc ipsam benedictionem per particularis dispensari. Itaque Moses Deuter. 10. hanc multiplicationem commemorat tanquam eximium aliquod beneficium. Ad septuaginta animas descenderunt patres tui in Aegyptum: nunc autem disposuit te Iobna Deus, vt sis sicut stella caeli multitudine.

IX. Quid quod aperuit vuluam Sarae, vt nasceretur Isaac? Quid quod obstetricibus Aegyptiis edificauerit domos, Exodi 1. Quid quod Samuel Annae precibus concessus est? Non sunt ista peculiaris providentiae effecta? Non solius tamen. In vtero se factum a Deo testatur Iob. c. 31. Et dilectus tuus 10. Manus tua dolore afflicti me, qua fecerunt me. Recordare, quae, quid sicut argillam fecisti me, & in puluere reducere me? Nonne sicut lac sudisti mihi, tanquam caseum coagulasti me? Cuius carne induisti me, ossibusque & nervis texisti me? David Ps. 22. eductum se confiteretur ex vtero. Denique ne omnia colligam

cum Rachel apud maritum quereretur se non parere, An pro Deo ego sum, respondit Iacob, qui prohibuit a se fructum ventris? Genes. 30.

X. Et ut magis agnoscas eiusdem prouidentia, non tantum Deo tribuitur generatio, sed etiam generationis quasi affectiones: Prouerborum 20. Aurem audientem, & oculum videntem Iehoua fecit utrumque. Exodi 4. Quis statuit os homini: aut quis statueret potest murum, aut iudum, aut sensibus valentem, aut cacum? Nonne ego qui sum Iehoua? Ac sane etsi physica quedam ratio harum affectionum reddi queat: tamen apparet fidelibus iam pridem persuaum esse, non fortuito ita fieri. Inde enim est illa discipulorum in eogatio, Ioann. 9. Quis peccauit hic, an parentes eius, ut cecus nasceretur? Imo hinc Christi ipsius responsio, Neque hic peccauit, neque parentes eius, sed ut manifestentur opera Dei in illo. Nam si in eum finem: ergo certo consilio: & si certo consilio, non potest non ex prouidentia.

XI. Moderatur ergo Prouidentia hominum generationi. Quid reliqua vita? Atqui brutis vidimus alimenta suffici, pueris homini denegari? Quanquam hoc ipsum probatum ex Psalmo 107. Probatum ipso Christo, auicularum exemplo, & liliorum, negre sollicitos esse debere discipulos tuos, quid essent eturi, aut quo vestiendi. Adde Deuter. 8. Non solo pane uiuere hominem, sed omni eo quod prodit ex ore Iehoua. Quibus verbis Seruator aduersarij tentationem fregit, Matt. 4. Adde Iohannem precum formulam. Da nobis hodie panem nostrum quotidianum. Et quis dubitet voluisse Seruatorem nos perpetuo pendere a prouidentia, etiam per actus singulos? Nam & da' ipse stulam panem: & panem quotidianum: & dari hodie, id est, singulis diebus. Verum igitur prouideri hominibus a Deo cibum in singulos dies, hoc est, ut nunc loquimur, per prouidentiam, non vniuersalem, sed par iocularem; quæ sese ad minima quæque extendat. Prouidere autem aliquando quidem, præter omnem ordinem, ut Israeli in deserto, ut Elæ in solitudine: sed sæpius ex ordine nature. Itaque Iacob, Genes. 28. Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum: & vestimentum ad induendum, reuerfusque fuero prospere ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum.

XII. Idem Deus tribuit sibi fertilitatem terræ: & quidem non vniuersaliter, quasi ex creationis initio hæc ei vim indiderit, sed specialiter per singulos annos, imo & singulas anni tempestates. Hinc illud de terra Chanaan, Deuter. 11. Quam Dominus Deus tuus semper inuisti: & oculi illius in ea sunt a principio anni usque ad finem eius. Hinc Osee 2. Exaudiam, dicit Dominus, calos, & illi exaudiet terram: & terra exaudiet triticum, & vinum & oleum. In quem locum Cyrillus. Οὐδὲν δὲ λέγει ὁ βλάστης τῆς γῆς, ἢ τὸ αὐτῆς ποτὶ τὴν ἐπιτομήν, ἢ τὸν ἄνθρωπον τὸν οὐκ ἐπιτομῆς ἀναφύοντα. Nam sine Deo, & superno arbitratu, nec cælum aliquando imbrēs in terram dimittet, nec terra aliquando fructus suos producat. Ipse Deus Deuter. 28. Emitteret Dominus benedictionem super cellaria tua, super omnia opera manuum tuarum; benediceretque tibi in terram quam acceperis. Abundante faciet Dominus omnibus bonis fructu ueteri tui, & fructu iumentorum tuorum, fructu terra tua, quam iurauit Dominus patribus tuis, ut daret tibi. Aperiet Dominus thesaurum suum optimum cælum, ut tribuat pluuiam terra tua in tempore suo, benediceretque cunctis operibus manuum tuarum. Et Exodi 41. Ioseph explicaturus somnium Pharaoni, quo portendebantur anni septem fertilissimi, totidemque sterilissimi, præfatur, Quæ facturus sit Deus, ostendit Pharaoni.

XIII. Hoc addo, quæcumque sunt in aere: Nam hæc ad anni temperiem pertinent. Ego Dominus, & non est alter formans lucem, & creans tenebras. Elæ c. 45. Hierem. 10. & 51. Ad vocem suam dat multitudinem aquarum in celo, & eleuat nebulas ab extremis terræ, fulgura in pluuiam facit, & educit ventum de thesauris suis. Job 37. Qui præcipit niui ut descendat in terram, & biemis pluuiis & imbris fortitudinis suæ. Psalmo 147. Qui obtegat calos densis nubibus, qui comparat terræ pluuiam. Qui facit, ut proferant montes saxum. Qui edit niuem sicut lanam: pruina quasi cinerem dissipat, deiecit gelu tanquam frusta: coram frigore eius qui consistat in uerbum suum liquefacit ista, simul ac efflat ventum suum, effluunt aquæ.

XIV. Absoluo. Nam si omnia colligam, quis erit finis uitæ motemque singulorum animantium, hominum maxime pendere a prouidentia eadem Scripturæ testatum reddunt. Matth. 10. Nonne duo passerem li assario uenient, & unus ex eis non cadit humi sine Patre uestro? Vestri etiam capilli capiti omnes numerati sunt. Job. 14. Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est: confregisti terminos eius, qui præteri non poterunt. Psalmo 68. Deus nobis est Deus ad salutem: & Iehoua Domini exitus ad mortem. Itaque Exodi 20. pollicetur honorantibus parentes longæuitatem. Honora Patrem tuum & matrem tuam, ut sis longæuus super terram. Absurde: nisi singulorum annos parti: ualim dispensaret.

C A P. VIII.

De Prouidentia in uoluntariis.

I. Sed naturalia non patiantur fortasse obstinatam contradictionem: Sæpe uoluntariis & contingentibus paulo maior uideretur difficultas. Huc eo, & ostendo primum, illa etiam, quæ maxime sunt ex hominis uoluntate, non eximiam Prouidentia. Prouidentia, inquam, non præsciende tantum, sed etiam decernente: sed etiam efficaciter mouente: quod uir Papistas maxime.

II. Generalia hæc sunt Prouerb. 20. A Domino sunt gressus uiri, & homo quomodo intelligat uiam suam? & 16. Animus hominis excogitat uiam suam: sed Dominus statuit gressus eius. Hierem. 10. Noui Iehoua non esse penes hominem uiam ipsius: neque esse penes uirum ambulantiem, uel dirigere gressum suum. Prouerb. 16. Penes hominem sunt ordinationes cordis, penes Iehouam sermo linguæ. Quid uero? neget ne aliquis tum cum graditur homo, quom loquitur, id eum uoluntate sua facere? Enim uero, non ne-

gem posse aliquando fieri, ut cogatur siue ad incedendū, siue ad loquendum. Sed nemo tam stupidus est, qui non uideat hos Scripturæ locos non esse de raro contingentibus, sed esse potius generales.

III. Prouerborum 21. ut riuus aquarum, sic animus regis in manu Iehoua, quocumque uult inclinat eum. Eleganter, ut riuus aquarum. Manifesta uoluntatis; Deducit agricola riuum pro arbitrio huc atque illuc: haud aliter Deus corregit. Et neget aliquis uoluntatem hominis: hominis, inquam, liberum arbitrium esse prouidentia obnoxium? Et Lyranus dicendum asserit; quia posset aliquis credere huiusmodi motus esse totaliter ab homine effectiue. Porro de Rege, uix monendum: nominari non ad alios excludendos; sed ut reliquos multo magis intelligamus, quod etiam Lyranus obseruauit.

IV. Exodi 3. Daboque gratiam populo huic coram Aegyptiis: Hoc est, ut Variablis annotauit, & Iunius uertit Reddam gratiosum populum illum in oculis Aegyptiorum. Quod repetitur e. 11. Similiter de Iosepho. Genes. 39. Adfuit Dominus Iosepho & miseratus eius, dedit & gratiam in conspectu principis carceris. Est autem phrasis Hebraica, inu nire gratiam in oculis alicuius, uel coram aliquo, quæ frequentissime occurrit. Genes. 6. Noe inuenit gratiam coram Domino. & 16. Domine, si inueni gratiam in oculis tuis. & 19. Quæso, Domine, quia inuenit seruus tuus gratiam coram te Ruth 2. ut legam spicas post eum, in cuius oculis inuenero gratiam. Et ne omnia Esther 2. Placuit Ester Regi, & inuenit gratiam in conspectu illius. Significabat igitur Moses Deum effecturum, ut Israelitis Aegyptij liberentur gratificarentur. Nam & in eum modum exponitur, Exod. 12. Dominus autem dedit gratiam populo coram Aegyptiis, ut commo- darent eis. Hoc est, ex Iunij uersione, Et Iehoua reddiderat gratiosum populum hunc ante oculos Aegyptiorum, adeo ut dederint eis potentibus. Et illud de Iosepho Mercerus sic interpretatur, Gratiosum eum reddidit, & accepit Principis carceris, ut ei gratus esset, & apud eum gratiam iniret, effecit. Itaque oportet Deum operatum esse tum in carcerarij illius, tum in Aegyptiorum animis, ac sua præfenti prouidentia effecisse id ipsum, quod ipsi tamen sua uoluntate ac libero arbitrio effecerunt.

V. Iudicum 14. Samson amat Philistæam quandam Thimnatensem: & additur causa: ea enim recta uideretur in oculis meis. Quæ uerba significant factum id eadem ratione qua uulgo fit, ut in puellas uiri ardeant, non quaslibet, sed has illasue, & has potius quam illas. Quis diuersitatis, etsi causa sint quedam in ipsis puellis, siue ob formam, siue ob mores, tamen nemo nescit, non posse ullam amari nisi uoluntarie. Sponte ergo Samson Philistæam amauit, & tamen parentes eius nesciebant, quod ea res a Domino fieret. Audin factum esse a Deo, ut Samson ad amaret eam puellam? & uoluntatem siue liberum arbitrium aliquis deinceps opponat Prouidentia?

VI. Huc refer incitatum Dauidem, ad numerandum Israelem 2. Samuels ultimo: Refert ab Absalomo prælatum consilium Chusai consilio Achitophelis, eiusdem libri 17. quia Deus præstituerat initium facere consilium Achitophelis (quod melius fuisset) ut induceret in Absalomum malum suum. Refert a militibus diuisa Christi uestimenta per sortem, Matthæi uigesimo septimo, ut impleteretur Scriptura.

VII. Sed, quid multa corrogamus undique? ut reliqua essent ambigua omnia, tam illustre est fidei exemplum, ut in controuersiam reuocari nequeat: Nemo credit nisi uolens. Quoties uolui congregare liberos tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas: & noluit Matthæi 23. Act. 7. Noluerunt obedire Patres nostri: sed repulerunt & auersi sunt cordibus suis in Aegyptum. Quanquam in re perpicua superflua sunt probationes.

VIII. Et tamen neminem credere, nisi ex gratia, hoc est, particulari operatione Dei, tam certum est quam solem lucere. Non est omnium fides, inquit Paulus post. ad Thessa. 3. Cuius igitur? Non uolentis neque currentis, sed miserantis Dei. Ad Roman. 9. Crediderunt quot quot erant ad uitam æternam ordinari. Act. 13. & 16. Quadam mulier nomine Lydia, quæ purpuram uendebat in urbe Thyatirorum Deum colens audiuit, cuius Dominus adaperuit cor, ut attenderet ea, quæ dicebantur a Paulo.

IX. Et in Christo morti tradendo; quis negat uoluntarie Caiapham & Pilatum, & Iudeos occupatos fuisse? Et tamen Act. 4. Coacti sunt uere aduersus Sanctum Filium tuum Iesum quem uoxisti. Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Israel, ut facerent quacumque manus tua & consilium tuum (en tibi & prouidentiam & omnipotentiam) prius definierat faciendâ. Satis ostensum, etiam in uoluntariis rebus, hoc est, quarum proxima causa est in hominis uoluntate, & libero arbitrio agnoscendam particularem efficacemque Dei prouidentiam.

X. Disputauit hæc patrem Thomas contra Gentes lib. 3. ac docuit e. 89. motus uoluntatis causari a Deo. Hunc enim dare rebus uirtutem; ita ut nulla possit propria uirtute agere nisi in uirtute ipsius: unde concludit non posse hominem uoluntate sibi data uti, nisi in quantum agat in uirtute Dei. Porro enim, cuius uirtute agens agat, esse causam non solum uirtutis, sed etiam actus. Postea e. 90. electiones & uoluntates humanas subdi Diuinæ prouidentia. Quæcumque enim Deus agat, agere ex ordine suæ prouidentia Denique e. 91. electiones & uoluntates, inquit, immediate a Deo disponuntur.

C A P. IX.

De prouidentia in contingentibus.

I. SVper sunt contingentia. Prouerb. 16. sortes mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur. Siue, ut disertius Iunius ad Hebraicam ueritatem, In gremium concisitur fors, a Iehoua autem est tota ratio eius מִשְׁפָּט מִהוּהוּ כֹּל מִשְׁפָּט מִהוּהוּ significat enim משפט cuiusque rei rationem per-

petuam, siue consuetudinem & legem. Putant, inquit Leui Ben Gersam rationem sortis esse a fortuna: sed inuenies esse a Iehoua. Lyranus ex Diuina providentia prouenit, quod talis fors cecidit super talem. Id vero quis non credit peruersissimum fuisse fidelibus? Non enim aliter fortibus commissis: ut vel iudicium Hacan Iosue 7. & Iosathan 1. Samuel. 14. vel electionem Matthia, Act. 1. Imo hic dilerte Apostoli. Tu, Domine, qui corda omnium nosti, ostende quem elegeris ex his duobus.

II. Geneleos 27. miratur Isaac ram cito redisse Esauum filium, (Nam pro Esau se gerebat Iacob) ex venatione. Respondet Iacob, nimium ex hac doctrina, quae prouidentiam agnoscit rebus in omnibus. Quia fecit Iehoua Deus ut obueniret mihi, quod volebam. Et quidem obseruari iubeo, Mosem vltimum verbo קָרַח quo vix quicquam potuit aptius dici instituto nostro. Nam ab eadem est origine: vnde nomina קָרַח & קָרַח quae euentum, contingitiam, accidens, fortunam significat; quam prophani opponunt de creto, seu prouidentiae: vt 1. Samuelis 6. consulti Philisteorum Sacerdotes, & diuini, cum iussissent curru, quo vehabatur arca Domini, aptari vacas indomitas. Si, inquit, per viam sanctorum suorum ascenderit contra Bethsames, ipse fecit nobis hoc malum grande: sin autem minime, sciemus quia nequaquam manus eius tetigit nos, sed casu accidit. מַרְקָה מַרְקָה sensus erit ergo in Iacobi venatione quidem contingentiam, siue accidens fuisse fortuitum, quod subito ei praeda occurrerit. Sed hanc tamen contingentiam, quam prophanus aliquis fortunae tribueret, a Deo fuisse Dei:que prouidentia. Atque huc pertinet illud Christi Domini nostri apophthegma Matthaei 10. Non ad duo passeres assario veniunt, & unus ex eis non cadit humi sine Patre vestro?

III. Capite primo secundi Samuelis נְקִיטָה נְקִיטָה (voces sunt ab eadem origine quam in Iacobo obseruauimus.) Casu incidi in montem Gelboa, cum ecce Saul incumberet hasta sua, inquit is, qui se Saulem occidisse natabat iustum. Itaque casu, non certo consilio sic perierit Rex Israel. At 1. Paralipomenon 10. hoc ipsum dicitur a Deo factum. Mortuus est ergo Saul propter iniquitates suas: Ergo non fortuito: quia certam ob causam; quae aliena est a fortuna: eo quod prauaricatus sit mandatum Domini, quod praeeperat: & non custodierit illud; sed in super etiam Pythonissam consuluerit, nec sperauerit in Domino: propter quod interfecit eum.

IV. Primi Samuelis 4. Duo Filij Heli, nempe Ophai & Phinees, cum alijs multis caesi sunt in praelio. Certo ne aliquo & destinato hostium consilio? Imo promiscue: non enim solet aliter in Bello. Et tamen hoc ipsum a prouidentia certo decreto factum agnosce ex 2. cap. Non audierunt vocem Patris sui, quia voluit Dominus occidere eos. Primi Regum 22. Quidam saculatus arcu simplici animo percussit Regem Israelis inter commissuras & lorica partes, ex quo vulnere Rex periit. Hebraice לְחַטּוֹתֵינוּ in synecritate sua: Nempe, inquit, lat. hi, quia non destinabat vllum hominem ferire, vel certe, vt Kimchi; non Regem. Eam sententiam: verus interceptes his suis verbis expressit. Vir quidam tetendit arcum, in incertum sagittam dirigens & casu percussit Regem Israel. Calu? quid igitur? nullo id Dei prouidentia factum? Imo Michas testis, Iehoua dixit, quis pelliet Achabum, vt ascendat & corruat in Ramoth Galaad? Ergo certum; & occidendum Regem fuisse, & eo ipso loco occidendum. Aduerte autem Regem Syriae ante initum praelium, suis nonnullis delectis mandasse, vt vni Achabo occidendo attendere nt. Non pugnabitis contra paruum, aut contra magnum, sed contra Regem Israelis solum. Et tamen ab istis ita selectis non fuit negotium confectum: sed ab alio incognito, cui nihil minus venerat in mentem. Nihilominus factum decreto Dei. Exemplum illustrissimum.

V. Secundi Regum 7. ostio Samariae praeficitur a Rege Israelis Dux quidam siue Tribunus, apud eum praecipuo in honore. Populus famelicus magna vi ingruit, egressurus in castra hostium, qui fugerant. Tribunus, qui, vt est verisimile, turbam inordinate, inconsiderateque euntem auctoritate sua componere aiebatur, pra multitudine opprimitur, conculcatur, suffocatur. Non sunt omnia contingentia? At nihil vquam. Et tamen aduerte prouidentiam. Pollicebatur pridie huius diei Elisaeus magnam frumenti abundantiam ex eo que vilitatem annonae: Tribunus contradicere arroganter. Propheta confirmat promissa: addere, Tribunum id ipsum oculis visurum, nec fructurum tamen cum alijs: non vesciturum eo frumento. Fuit ergo illi sic: nam proculcauerunt eum populus in porta vt moreretur.

VI. Eiusdem libri c. 9. impiam Iezabel iubet Iehu praecipitari. Eo facto pergit ad reliqua peragenda, vt sibi victoriam, regnumque confirmaret. Post paulo iubet abire quosdam, & cadauer humi mandare. At hi cadauer nullum inueniunt: inueniunt particulas cadaueris: caluariam, pedesque, & volas manu. Conuersi id, quod erat, vnciant imperatori suo. Ille, Verbum est Iehoua, inquit, quod loquutus fuerat per seruum suum Eliam Tisbitem, dicendo, in portione Iezrehelitica comedunt canes ipsi carnem Iezabelae.

VII. Similia. Domus & substantia possessio est Patria: ex Iehoua autem est uxor intelligens. Prouerb. 19. & 22. Dives & pauper inter se occurrunt, efficiendo hos omnes Iehoua. Nimirum, quia nemo, siue ad diuitias euehitur, siue ad paupertatem deprimitur, nisi ita disponente Domino: Vnde Iob. Dominus dedit, Dominus abstulit. Quo sine dubio respexit Christus, Da nobis panem nostrum quotidianum.

VIII. In salutis nostrae mysterio, quam multa occurrunt, quae nemo non iuret esse fortuita: commoratur Ioseph cum Maria sponsa & grauida in Samaria in vrbe Nazareth. Caesar orbem recenset. Ea causa Iosephum Mariamque ab ea vrbe euocauit in vrbe Bethlehem; vt apud suos describerentur. Inibi cum essent, completi sunt dies Mariae: Itaque peperit in ea vrbe Saluatorem. Homines consule: fortuitum respondebunt. Neque enim Caesar ei rei operam dabat. Ne Maria quidem aut Iosephus. Casu igitur in Bethlehem natus Christus: minime: minime. Matthaeus 2. docet ex Prophetarum auctoritate, Messiam debuisse nasci nullo alio loco Hoc igitur ipsum, quod habita caesarum proximatam ratione contingenter euenit, moderata est tamen Diuina prouidentia; quae

sibi non Mariam tantum & Iosephum, sed ipsum Caesarem alia omnia cogitantem fecit, vt inferiret.

IX. Debit idem Nazarenus Christus dici, pronuntiante Oraculo. Quid sit? Imo, quod sit? Herodes magnam lanienam patrat infantium: atque hoc ipsum non fortuitum. Fugit Ioseph cum Maria, & Christo: ab in Aegyptum: hoc ipsum, praecedente Oraculo. Moritur Herodes: Ioseph constituit rursus in patriam: audit in itinere cum Patri successisse filium, a quo nihil sibi minus esset metuendum: substitit in Nazareth. Compara: nihil erit consulto factum. At Matthaeus docet, ita olim fuisse praestitutum. Mitto crucem, mitto lanceam, mitto sorte distributa vestimenta: mitto alia.

X. Quid? Quod homicidiorum fortuitorum sese dilerte Deus autorem profiteretur? Exodi 21. Qui percussit quenquam, ita vt moriatur, omnino morte plectitur. Si quis tamen non quaesierit: sed Deus ipse obiecerit manus eius, constituam tibi lacum, quo ille confugiat. Et Deut. 19. Hoc autem esto ius occisoris, qui fugerit illum, vt uiuat: qui percusserit proximum suum imprudenter, cum ipse non oderit eum antea: vt qui tuerit eum proximo suo in ignem ad cadendum ligna; si vibrante se manus eius cum securi ad cadendum lignum, deiecerit ferrum e manubrio eius quod offendas proximum eius, ita vt moriatur, is ad unam harum ciuitatum fugito, vt uiuat. Quid potuit describi magis contingens? magis fortuitum? At qui hunc ipsum ita fortuito, ita contingenter occisum, Deus profiteretur & tradidisse: quod, nisi praesenti prouidentia factum, intelligi nullo modo potest.

XI. Desino, dum illam addidero Iacobi saluberrimam admonitionem cap. 4. quae nisi ab hac pertuassissima doctrina proficisci nequit. Age nunc: qui dicitis, hodie vel cras ibimus in illam urbem. & agemus ibi annum unum: & mercabimur. Pro eo quod dicere debuistis: Si Dominus voluerit & uiuamus, faciemus hoc aut illud. Tam certus fuit Apostolus omnes euentus nostrorum rerum, etiam minimarum a Dei voluntate pendere: voluntate, inquam: sic enim Iacobus: si voluerit. Non, si permiserit, si fuerit, si non noluerit: sed dixerit, si voluerit.

XII. Hinc nata Fidelium consuetudo, qua testantur se omnia in Deum auctorem referre. Hi non tantum, quum quid futurum designant, addunt, auctore Iacobo, si Deus voluerit, sed etiam contra euentus non secundos, vnde consolationem sibi petunt: sic Deo placuit, aut vt Iob, Dominus dedit; Dominus abstulit: sit nomen Domini benedictum. Dauid dominum Semel iussisse agnosce, vt sibi malediceret. Petrus 1. i. sup. cap. 3. Melius est, vt bene agentes, si ita velit Dei voluntas, malis afficiamini, quam male agentes.

XIII. Hanc consuetudinem impie ludificatur Sanctus Ius, assensita fieri: non quod certum sit omnia & singula a Dei decreto pendere: sed quia, cum constet plur ma fieri volente Deo, tanquam in incertum; & si forte fortuna. Quasi nullus sit alius Christianorum sensus; nisi vt dicant, fortasse ita Deus voluit: forte etiam ita voluit. A qua impietate fidenter prouoco ad ipsam Christianorum conscientiam. Certe nos habemus disertissimos Scripturae locos, de rerum contingentijs prouidentia. Ille quos habet de fortuna? Omnino nullos: sed solius humanae rationis commenta. Imo humanae rationis ignorantiam metam, & stupidam, tu autem si quosdam euentus constat ita dispensari: quae causa distinguenda? vt hos quidem diuenter Deus, illos minime? An, quia non vult? Quo auctoritate? An, quia non potest? Blasphemum. An, quia nescit: impium. An quia non dignatur: Epicureum.

XIV. Illud manifestum, hunc morem inuectum, vt in omnibus prompta sit fidelibus consolatio, dum acquiescunt in bona Dei Partis sui voluntate, cui omnes oportet subire. Quae quidem utilitas non minus perit, si incerta reddatur, titubansque haec de prouidentia Dei persuasio, quam si omnino tollatur: tum, quia suo pte ingenio procliuiores sunt homines in deterius, tum, quia circuit eos diabolus tanquam leon rugiens, atque omnes vel minimas captat occasiones praecipitandi vel constantissimos. Cum igitur verum sit, animum, dum est in dubio, paulo momento huc illuc impelli, quis dubitet facilem diabolo victoriam, si dubitet Iob, vt hunc, exempli causa nominem, sibi ne sua erepta sint Deo sic volente, an vero potius eodem, vel nolente, vel negligente? Aut, quis dubitet non suggesturum diabolus ea omnia, quae nunc Papista pro verissimis occurrunt, peccata non esse a Deo: furta esse peccata: itaque omnino hanc Chaldaeorum & Sabaeorum irruptionem non repetendam alius, quam ab eorum nequitia: quam ab eorum libero arbitrio: & similia multa? Quare, si constat hanc eam viro bono, viro sancto, in promptu fuisse consolationem: Sicut Domino placuit, ita factum est: Vident omnes (aut nemo quicquam vider) expeditam fuisse futuram desperationem, si ei Sanctus aliquis persuasisset non fuisse factum, sicut placuit Deo.

XV. Claudio illustri addito loco Nazianzeni, oratione priore contra Iulianum. Deum is dicit διέταξε τὴν πύλην τῆς πόλεως, moderari vniuersum mundum: quod aliud forte pertineat: sed addo ad contingentia, & ἡμετέρας σαλευόμενα τε ἡμῶν καὶ μὴ σαλευόμενα, & nostras res fluctuantes, simul minime que fluctuantes. Et quomodo, inquam, fluctuantes? ταῖς μεταβολαῖς καὶ ἰσχυραῖς ἀποταραχῆς καὶ ἀλλοτρίων ἀνάγκων ἕνεκα, vt quae per mutationes quidem moueantur, ac sursum deorsumque agitentur, aliasque se aliter habent. Et quis in his verbis non cognoscat contingentium naturam? sed eandem quomodo non fluctuantem? τὴν πύλην τῆς πόλεως καὶ τῆς οἰκουμένης, ἃς οὐκ ἀλλοτρίων ἀνάγκων ἕνεκα σαλευόμενα, sed stabiles sunt.

CAP. X.

De obiecto Praedestinationis.

I. Hactenus de sententia Catholicorum. Transeo ad Papistarum negantium omnia praedestinari. Ocurrit primus Suarez, negans







per eam impletur. Itaque quemadmodum est necesse mundum perire per ignem, & tamen ignem arsurum: id est, ignis naturam, qualis est, futuram pro instrumento exequendi huius decreti: sic bona & mala eueniunt hominibus ex cetero providentia decreto: & tamen verum est hominem eligere, id est, hanc hominis naturam esse pro instrumento providentia. Nam hæc providentia hominibus utitur, tanquam hominibus: & lapidibus, tanquam lapidibus, & igne tanquam igne: & aqua tanquam aqua: & brutis tanquam brutis.

III. Pergit Faber: Si omnia sunt absoluta necessitate, nihil ergo profuerunt, aut posthac prodesse poterunt consilia: frustra sunt, & mutantur præcepta. At posterius falsum, ergo & prius. Assumptio probatur: Salomon Proverb. 12. docet sapientem audire consilia: decimo tertio, eos, qui agunt omnia cum consilio, regi sapientia: cogitationesque dissipari ubi non sit consilium: Genes. 37. cum Filii Iacob vellet occidere Iosephum, dissuadentur à Ruben: & Ioseph ipse Pharaoni consulit, ut virum eligeret sapientem & industrium, quem præficeret terræ Ægypti, placuitque Pharaoni consilium, & cunctis ministris eius, Genes. 41. Et ne omnia colligam, infinita sunt consiliorum exempla. Nec præciora præceptorum. Nam sua mandata seruanda, quoties monet Deus? *Leuitici. & facietis iudicia mea, & præcepta mea seruabitur, & ambulabitur in eis: Ego Dominus Deus vestester. Matt. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.*

IV. Agnosco antiquum & certum argumentum ad fati coactionem impugnantem, à qua abhorrent Catholici quam maxime. At indignum est iisdem argumentis Dei providentiam oppugnari contra Catholicos, quibus Catholici oppugnabant fatum Ethnicorum. Itaque negatur argumenti consequentia: quam rursus nulla ne leuissima quidem coniectura Faber confirmat: enimvero, posita illa electione, de qua iam diximus, poni etiam oportet reliqua, quæ electioni subseruiunt, ac proinde subordinantur, inter quæ sunt consilia & præcepta: quorum nullus usus est, nisi ad mouendam in alterutram partem voluntatem.

V. Illustrissimum, atque adeo manifestissimum exemplum est electorum ad vitam. Quis enim neget non tantum salutem, id est, vitam æternam esse donum Dei, sed etiam fidem ipsam esse non omnium, sed eorum, quibus datum est ut credant? Et tamen, quia sic dat fidem Deus, ut tamen det hominibus, hoc est, non truncis aut lapidibus: imo vero, ne brutis quidem: ergo iis utitur mediis ad eam ingenerandam, & ut ita dicam, indendam, atque inferendam; ut apta sint electioni. Quid enim? nonne utitur præceptis? *Credite in Deum: & in me credite. Ioannis 14. nonne consiliis? hoc saltem Papiæ non negent. Sic igitur arguo: Si Dei Providentia contradicit consiliis præceptisque: ergo ad fidem inutilia sunt consilia, præceptaque. At qui consequens est falsum. Ergo & antecedens.*

VI. Absalonis scelus erit etiam huius rei non ignobile documentum. Constituerat Deus Dauidem castigare ob raptam Vriæ uxorem, & punire per Absalomum Filium, & quidem incestuose polluentem patris thorum. Diserta enim Nathanis Prophetæ verba sunt, quibus sese Deus interminat accepturum Dauidis uxores, & daturum eius proximo, ut dormiat cum eis. Ad huiusmodi decretum implendum, non desinitur abrupte, sed acceditur pedecentim. Dixit Absalomus ad Achitophel (Secundi Samuelis 16. *da consilium quid facturi simus. Dixit vero Achitophel Absalomo, congregare cum concubinis patris tui, quas reliquit ad seruandum domum suam: ut, audiente toto Israele factidum te reddidit esse patri tuo, confirmetur manus omnium qui tecum sunt.*

VII. Et cum cetero certius sit, Christum Dominum nostrum non esse Crucifixum, nisi certissima Dei providentia, quæ eludi non potuit, vel in minimis circumstantiis: tamen non fuit id ipsum factum nullo hominum prius habito consilio. Ioannis 11. *Coegerunt Pontifices, & Pharisæi consilium & dicebant, Quid faciemus? Nam hic homo multa signa edit. Si ita sinamus eum, omnes ei credent, venientque Romani, & delebunt tum locum nostrum, tum gentem. Vnus autem ex ipsis, Caiphas Pontifex maximus anni illius, dixit eis, Vos nihil scitis, nec cogitatis expedire, ut unus homo moriatur pro populo, & tota gens non pereat. Nec tum solum: sed nec temere supplicio Christus adiicitur: quomodo Stephanus nullo ordine, nullo iudicio, sed merito tumultu obruitur. Sed ad Pilatum deducitur in prætorium, inibi iudicatur, accedunt clamores populi, quibus persuasus Pilatus addixit eum crucis supplicio. Ita consilio Caiphæ animati sunt Iudæi: ira constituta à Romanis politia, Iudæi necessario ad prætorium ducunt: ita Pilatus, quod recubabat primo, induxit in animum ut faceret, videtur populi clamoribus. Ita non fuerunt hæc rationes, hæcve consilia inutilia implendo decreto de passione Christi. Nec providentia obstitit his consiliis, consultationibusque. Nec hæc consultationes, hæcve consilia *ut dicitur in Hieremias.**

VIII. Quid Scriptura duo docet. Primo iniri consilia ab hominibus, ut impleantur, quæ jam olim apud Deum decreta sunt. Ioan. 19. *Milites, cum crucifixus esset Iesus, acceperunt eius vestimenta (& fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem) & tunicam: erat autem tunica inconsutilis à summo contexta tota: dixerunt ergo inter se, Ne findamus eam: fortiamur de illa cuius futura sit: ut Scriptura impleatur, dicens Partiti sunt vestimenta mea sibi, & super vestem meam iecerunt sortem.* Debit ergo hoc fieri: non enim mendax Deus, qui prædixerat: & proinde decreuerat: debuit à multis fieri non ab uno: ij multi, ut id faciant, non coguntur, sed persuadentur ratione, siue consilio: persuadentur autem, teste Euangelista, ut Scriptura impleatur: quid clarius?

IX. Secundo, frustra homines inire consilium, nisi præcat diuinæ providentiæ decretum. Sic Iacobus prohibet sibi quenquam quicquam polliceri de euentu suorum consiliorum, nisi quantum Deus voluerit. Aque ideo sic loquendum docet. Si Dominus voluerit, & viuamus, faciemus hoc aut illud. *Psal. 127. totus huc pertinet Elaias,*

*Inire consilium & irritum fiet, loquiimini verbum, & non existet.*

I. De precibus Faber: Si supponatur euentum necessitas, frustra orandi. Nec Auratus argumentum neglexit parad. 65. probans consequentis absurditatem multis locis. Christus nobis exemplum dedit orandi. Imo præceptum. Similiter post Christum Apostoli & Sancti Dei homines. Consequentiam præter morem Faber illustrat. Si enim, quod optatur, adimpleri non potest, nonne frustra & petitur & optatur? At non potest impleri, si impedit absoluta necessitas.

II. Respondeo: distinguendas ante omnia preces impiorum à precibus piorum. Nam impiorum preces si concedamus frustra fieri, nemo opinor mirabitur, cum toties Scriptura doceat eas à Deo non exaudiri. *Psal. 18. Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret: ad Dominum, nec exaudivit eos. Ioannis 9. Scimus Deum peccatores non audire.* Quare hac quidem parte, nullum est argumenti absurdum: quod non possit impune concedi.

III. Restant preces piorum. Hic vero nego frustra pios ad preces con fugere, siue id futurum sit quod precantur, siue non sit futurum: & primo docco, fideles orare etiam pro iis rebus, quæ erant necessario futuræ, ex decreto Dei etiam cognito. Illustre Exemplum Danielis c. 9. *Ego Daniel considerans ex libris numerum annorum, quibus fuerat verbum Ioboua ad Ieremiam Prophetam, completas fore vastitates Ierusalem, septuagesimum annum esse, adhibui faciem meam ad Dominum Deum querendo oratione, & deprecationibus cum ieiunio, cilicioque, & cinere. Et post insertam longam peccatorum confessionem, ad extremum: Domine, secundum totam iustitiam tuam summam, auertat se iam ira tua, & excandescencia tua, à ciuitate tua Ierusalem, monte sanctitatis tue. Nunc, inquam, ausculta, Deus noster, orationi serui tui, & deprecationibus eius: & fac ut luceat facies tua super sanctuarium tuum, quod desolatum est, propter Dominum, inclina, Deus mi, aurem tuam, & audi, aperi oculos tuos, & vide desolationes nostras. Sciebat ergo Daniel restitutam esse Ecclesiam ex captiuitate in libertatem, nec tempus eius restitutionis habebat incertum: sed contra diserte annotatum in Prophetis. Censet tu eum de veritate eius prædictionis dubitasse? Apage impietatem. Erat ergo restituenda Ecclesia, siue precatus esset Daniel: siue non precatus. Nec enim Dei veritas in incertum pendebat. Et tamen orat Daniel, & orat ardentissime, & orat id ipsum, quod sciebat futurum. Frustra hæc Absit: quis enim neget has preces tam sanctas esse à Spiritu Sancto? Aut frustra quicquam in fidelium animis fieri à Spiritu sancto, quis patienter audiat?*

IV. Quid nonne certissimus est fidei articulus, Venturum secundo de cælis iudicem viuorum & mortuorum? Quod si articulum fidei certissima est, atque immota veritas, tum sane necesse est fateri Christum venturum, siue orat siue non orat fideles? & tamen in Apocalypsi cap. 22. *λέγει ὁ ἠγαπητός τοῦ πατρὸς, καὶ ἑξομολογῶν τὸ ἄρτυρον Ἰησοῦ, Δίς qui testatur ista, etiam venio cito. Amen, etiam veni Domine Iesu.* Orat ergo Ioannes, & optat Christum venire: hoc est, id ipsum fieri, quod tamen omnino infallibiliterque futurum erat. Similis locus & c. 7. *quo Dominus, qui Sanctus est & verax, non iudicatur & vindicatur sanguinem nostrum, deus qui habitat in terra?*

V. Rursus, constat oratum esse pro iis rebus quæ futuræ non erant. Cuius rei exempla vnde accessam augustius, quam ab ipso fidelium capite? *Pater mi (Matthæi 26.) Pater mi si possibile est, abeat à me poculum istud. Verumtamen, non ut ego volo, sed ut tu. An nesciebat Christus sibi necessario diuinæ providentiæ decreto esse patendum? Imo Marc. 8. *Cæpit eos docere quod oporteret filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus, principibus, sacerdotum ac scribis, & trucidari. Audi: quod oporteat multa pati. Ergo ali quæ ea erat necessitas. Propter eadem secundo orans, Pater, si non potest hoc poculum abire à me, quin bibam ipsum, fiat voluntas tua. Atque de si non potest, & ut tu vis: nimirum, ut necessitatem significaret pendentem à Diuina voluntate, id est, providentiæ decreto. Christus ergo postulauit orando id quod neque futurum erat: neque esse poterat, propterea quod aliter decretum esset in æterno consilio.**

VI. Secundi Regum 12. Dauid audit à Nathane Propheta, *Filius qui natus est tibi, morte morietur, & audit ita, ut dubitare non posset, quin hæc inter alias pœna maneret, propter admissum geminum peccatum adulterium, & homicidium. Tamen, cum infans, quem pepererat vxor Vriæ Dauidi, plaga Dei affectus morbo conficeretur, eam ipsam ob causam, requisit Dauid Deum propter puerum: & vltus est ieiunio, pernoctauitque cubans humi. Danielis 4. cum audisset Propheta Nabuchodonosoris somnium, ac spiritu Prophetico, id est, certissima reuelatione, futura cognosceret, nihilominus precatur. *Domine mi, somnium hoc eueniat sorsibus tuis: & eius interpretatio inimicis tuis.**

VII. Denique, quis nescit frequentissime fieri, ut orantes, & quidem intentissime fideles, non exaudiantur? Nam & Paulus ter rogauit Dominum, ut à se abscederet surculus carnis, posterior, ad Corinth. 12. *Moses Exod. 32. Obsecro, peccauit populus iste peccatum maximum, feceruntque sibi Deos aureos: aut dimitte eis hanc noxam: aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. Quid dari potest vehementius istis precibus? Et tamen respondit Dominus: qui peccauerit tibi, delebo eum de libro meo: tu autem responde & duc populum istum. 1. Samuelis 15. cum audisset decretum Dei de Saule, *Contristatus est Samuel & clamauit ad Dominum tota nocte. Et tamen non mirauit Deus. Non semper ergo fideles orantes exaudiuntur. Quamquam hoc fortasse minus vere dicitur, pro eo quod est, non assequi id ipsum, pro quo specialiter preces concipiuntur. Nam cæteroquin exaudiuntur à Deo Patre fideles certum est.**

VIII. Quid hic habent Papiæ, quod concipiant? Nam si providentia certitudo, & si ita malint, necessitas efficit, ut frustra concipiant preces: tum id oportet inde fieri, quod, siue ores, siue non ores, vel id futurum est, quod decretum est, ut sit: vel non futurum, quod contra statutum est, ut non sit.

non sit. Ac neutro modo sunt preces pie ad Deum inuiles: alias Sancti illi viri, quos nominauimus, imo vero Sanctus Sanctorum Dominus noster Iesus Christus frustra orasset. Ergo omnino certitudo prouidentie non efficit, ut frustra sint orationes.

IX. Error consequens inde est, quod assimantur preces ad Deum ex precibus ad homines. Hi rogantur, duplicem plurimum ob causam. Prima est, ut id faciant, quod ne cogitant quidem: nec dum ut uellent, sic Hiram a Salomone rogatur, Reg. 5. ut sibi ligna concedat ad edificandum templi: & ipse Salomon, ut iudicet causam duarum meretricum, eiusdem c. 5. Altera, ut ab eo deducantur, quod iam apud se statuerant. Dauid cum ad certas de Nabale sumendas pœnas exercitum duceret, exoratur ab Abigail eius vxore, ne faceret, 1. Samuelis 25. Iosephum fratres, qui neci destinant, pœnis Rubenis viuum proiciunt in cisternam aqua vacuam, Genes. 37.

X. A. qui vtramuis causam affinge Deo, & eris non ineptus, sed blasphemus. Nam nihil illi suggerere potest humana infirmitas, quod non ab æterno præseuerit, vel ipsi fatentibus Papistis, qui saltem præscientiam omnium relinquunt. Deinde ipsa illa precum formula, quam Ecclesia Christus præscripsit, continet petitiones de nomine eius sanctificando, regno promouendo, implendaque voluntate. Credimusne aliquem in orbe Christiano tam lupinum, ut censcat expectare Deum, dum a nobis harum rerum admonetur? Atqui ne nostra quidem illi non sunt cognita, aut preces nostras. Hinc illud Marth. 6. *Ne estote solliciti, dicentes, Quid edemus, aut quid bibemus, aut quo amittemur?* (nam omnia ista gentes requirunt) Nouit enim Pater vester cœlestis vos indigere his omnibus. In quem locum Chrysostomus, id est, *ἵνα πειρασθῆτε, ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας τῆς σαρκὸς, καὶ τῆς ἐπιθυμίας τοῦ κόσμου, καὶ τῆς ἐπιθυμίας τοῦ σατανᾶ, καὶ τῆς ἐπιθυμίας τοῦ σώματος, καὶ τῆς ἐπιθυμίας τοῦ κόσμου, καὶ τῆς ἐπιθυμίας τοῦ σατανᾶ.* Neque enim quisquam profectus ad lautum conuiuium de cibo sollicitum se esse patietur, aut qui ad fontem abijt de potu. Nos igitur, cum habeamus infinitis apparatusis conuiuii fontibusque abundantiorum Dei prouidentiam, que nobis omnia subministrat, ne solliciti simus, ne animum despondeamus. Quorsum hæc? nempe prouidit nobis omnia necessaria Dei prouidentia: non igitur sic ab eo postulamur, Da nobis panem quotidianum, quomodo ab Hiram Solomone ligna.

XI. An igitur illum saltem cogitatio subiecti Deum precibus hominum, ut quod antea decreuerat, mutet inueiatque? Hoc illi sane imaginatur, qui Traianum iam pridem apud inferos damnatum, Gregorij precibus reuocatum esse, & in æternam salutem delectum sibi persuaderi patiuntur. At Catholicis hæc certa sunt oracula, *Ego Deus non mutor*: Malach. 3. *Deus fortis non est homo, qui mentitur, aut finis hominis, quem peniteat: an ipse dixerit, & non faciet? aut loquutus fuerit, & non prestabit illud?* Numerorum 23. *Apud Deum non est transmutatio, aut conuersionis obumbratio.*

XII. Nec obiciendum sæpe occurrere locos, quibus tribuatur Deo penitentia. Genes. 6. *penituit Deum quod hominem fecisset in terra.* Samuel in primi 15. *Penitet me quod constituerim Saul Regem:* Inde que incitari homines ad conuersionem, tum ad preces, Ierem. 26. *Si forte auscultantes reuertantur quisque a via sua mala, ut peniteat me mali quod ego cogito facere illis propter prauitatem actionum illorum.* Et iustus, *Quum deprecatus esset faciem Iehoua, penituit Iehoua illius mali, quod elocutus fuerat.* Secundus Samuelis 10 *Dum infans viuere* (inquit Dauid) *teiuans sebam, quia dicebam, quis scit? gratiam est facturum mihi Iehoua, ut uiuat infans.* Danielis 4. *Quapropter Rex, consilium meum placeat tibi, & peccata tua Iustitia abrumpe, & iniquitates tuas, gratia erga afflictos: si forte erit pro rogatio tranquillitati tua.* Ionæ 3. Rex Niniuitarum indicens ieiunium, preces & conuersionem, *Quis scit, inquit, an reuersurus sit, & peniteat Deum, ut reuersus eo ab æstu iræ sue non pereamus?* tum subditur, *Quare cum audisset Deus opera eorum, eos reuersos esse a via sua pessima, penituit Deum eorum mali, quo se dixerat affecturum eos, & non effecit.*

XIII. Respondent enim Catholici ex Augustino in Sententiis, *Non sicut hominem, ita Deum cuiusquam facti sui penitet, cuius de omnibus omnino rebus, tam fixa est sententia, quam certa presentia est.* Itaque peccata teniam non tantum contrariam esse prouidentie, quam Catholici defendunt; sed etiam præscientie, quam ne Papistæ quidem impugare audent. Sic ab Augustino simplicianus querebat, quæst. 2. *Quomodo peniteat aliquis Dominum in quo sit omnis præscientia?* Respondit autem Augustinus, *Quis est hominum, cui non occurrat in Deo cuncta præscientia, penitentiam esse non posse? & de essentia Diuinitatis. Qui omnia nouit ante quam fiant, pro præteritis suis factis, penitere non potest.*

XIV. Itaque hoc potius verum. Penitere inter ea numerandum, quæ Deo tribuuntur *ἀποπρονοίας*. Nam *Diuina Scriptura*, (inquit Augustinus in octoginta tribus questionibus) *à terreno & humano sensu, ad diuinum & celestem nos erigentes usque ad ea verba descenderunt, quibus inter se subtilissimorum etiam virtutis consuetudo. Itaque earum etiam affectionum nomina, quas animus noster patitur, quas longissime esse à Deo seruandas iam modo peniteat aliquis Dominum in quo sit omnis præscientia?* Respondit autem Augustinus, *Quis est hominum, cui non occurrat in Deo cuncta præscientia, penitentiam esse non posse? & de essentia Diuinitatis. Qui omnia nouit ante quam fiant, pro præteritis suis factis, penitere non potest.*

XV. Quid igitur? Nempe, penitentia Dei est statuta mutare, & quod prius aliter inchoatum fuerat, in aliud mutare. Augustinus de Essentia Diuinitatis, *Nam quoniam mutare caprum aliquod, & in aliud transire non facile solemus, nisi penitendo, quanquam diuina prouidentia seruumens inuenitibus appareat cuncta certissimo ordine administrare: accommoda-*

tissime tamen ad humilem humanam intelligentiam, ea qua incipiunt esse neque perseuerant, quantum perseuerantura sperata sunt, quasi per penitentiam Dei dicuntur ablata. Idem quæst. 52. de octoginta tribus. Statuendum igitur, quoties penitentia Deo tribuitur, tantum effecta diuina prouidentie mutari, ipsam tamen non mutari, scilicet, quia apud eum ab æterno vtrumque sic constitutum: nempe & id fieri ad certum tempus, & postea aliud fieri. Exempli gratia: instituit Deus Mosai. as ceremonias, quas tandem antiquauit, significans diserte per Malachiam, se nolle sacrificia: An, quia mutasset mentem? Apag: sed, quia ab æterno erat decretum, tum dari legem, quæ vigeret vsque ad Messiam, tum Messiam venturum, qui tolleret eam legem. Quod si ita est, ne quicquam in Deo mutatur, (non potest autem mutari æternum Dei decretum, quia ipse mutetur) tum certe penitentiam necesse est Deo improprie tribui.

XVI. Iam, quia Dei decreta nobis sunt obscura: ideo nec cognita nobis, ut plurimum, qua vel in perpetuum, vel ad tempus tantum sunt decreta: quomodo Iudæorum plurimi ignorabant legi tandem impositum in finem. Et Niniuitis, imo ipsi Ionæ, non erat perspicuum, vtrum omnino decreuisset Omnipotens urbem perdere: an potius ciues excidij minis terrene atque ad penitentiam inducere. Et Dauid similiter, de puero sibi ex Beisabea nato. Itaque sensus erat eorum, Dauidis verborum, sibi non esse certum, vtrum Deus apud se decreuisset pœnam illum morte afficere, an vero si tantum minis terrene. Quare ex iis elici non potest, nullum fuisse Dei in alterutram partem decretum. Sed solum non fuisse Dauidi pro certo cognitum.

XVII. Quid? quod solent etiam homines orate, non tantum ut velint, quod vel noliant, vel non cogitant, sed etiam ut efficiant quod & volunt, & ante decreuerunt? Nihil enim obest, quo minus paterfamilias constituere singulis diebus familiae dementum dare: & singulis tamen diebus id ipsum sibi dementum ea familia postulet. Iam, cum piores ob causas Deus non possit rogari, nihil est tamen absurdi, si hanc ob causam oratur.

CAP. XV.

De conditionibus & mediis.

I. **S**uperest argumentum Fabri quartum, sumptum à conditionibus & mediis. Primo igitur de conditionibus. Conditionaliter dicta, inquit, & præcepta non modo manifeste probant liberum arbitrium; sed etiam opinioem, quæ est de absoluta necessitate, totam confundunt & damnant. Tum vero multa conditionaliter dicta fuisse probat, congestis locis. In Exodo, Leuitico, Deuteronomio creberimæ sunt promissiones benedictionum diuinarum, si promptos se homines præbeant ad obediendum: & maledictionum contra, *Si audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum est coram Deo feceris, & obdieris mandatis eius, custodierisque præcepta illius, cunctum laborem, quem posuit in Ægypto, non inducam super te. Si ambulaueris ex aduerso mihi, nec volueris audire me, addam plagas vestras usque in septuplum propter peccata vestra.* Ioan. 15. *si quis in me non manserit, mittetur foras palmas. Si manserit in me, & verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis petere, & fiet vobis.*

II. Respondeo, non esse verum, dicta præcepta conditionalia, siue hypotheica inferre prouidentie incertitudinem. Nam de absoluta necessitate, quid opus est identidem protestari? Ratio est, quia ipsa hypothesi non est apud Deum incerta, sed in alterutram partem certissime decreta. Et mirum hoc non esse animaduertendum ab iis, qui litterarum studia non habent in ogna. Quis enim nescit ex hypothetico axioma fieri necessariam conclusionem, si hypothesis concedatur? Cicero de fato, *Si enim verum est, quod ita connectitur, si quis oriente canicula natus est, in mari non morietur: illud quoque verum est: Si Fabius oriente canicula natus est, Fabius in mari non morietur. Pugnant igitur hæc inter se, Fabium oriente canicula natum esse, & Fabium in mari moriturum. Et quoniam certum in Fabio ponitur natum esse canicula oriente: hæc quoque pugnant, esse Fabium, & in mari esse moriturum. Ergo hæc quoque coniunctio ex repugnantibus: & est Fabius, & in mari Fabius morietur: quod ut positum est non fieri quidem potest: ergo illud, morietur in mari Fabius, ex eo genere est quod fieri non potest. Que verborum ambages hoc vnum significat, certissimam, imo vero necessariam esse hanc conclusionem: si Fabius natus est oriente canicula, non morietur in mari. At Fabius ita natus est, ergo in mari non morietur. Vnde apparet quod dixi, si concedatur certa hypothesi, necessarium dari conclusionem.*

III. Itaque si à mandatis vel potius promissionibus hypotheticis (nam mandata quidem hypothetica nondum vlla, aut vidi, aut audiui) concludenda est incertitudo diuina prouidentie, tum ille omnino supponendum, ipsam hypothesin nullam esse in prouidentia certam. Exempli gratia, detur verum esse: Si Paulus creditur in Filium Dei crucifixum: Paulus saluabitur: ex hoc vero axioma, quis inferre velit incertum esse apud Deum, vtrum Paulus sit crediturus nec ne in Filium Dei crucifixum? Nam qui potest apud Deum incerta consequentia esse, quæ apud homines viri non potest? Nemo tam Bæotus est, qui tam erasse somniauerit.

IV. Porro, nondum, quod sciam in eo laborarunt Papistæ, ut docerent antecedens hypotheticarum enunciationum apud Deum esse incertum. Nos contra probamus esse certissimum vel ex Dei sola præscientia, quam Ioannes Faber velit nolit, cogitur concedere. Nam aut omnino Deus nescit: aut id quod scit, certo futurum est, & ut loquuntur, ne essario ex hypothesi. At omnino nihil scire Deum falsum est: quia conceditur præscire omnia. Ergo illud potius verum, id quod Deus scit certo esse futurum. Itaque



Itaque ut ad exemplum redeamus, cum dicitur, si Paulus credat, saluabitur; aut concedendum est, Deum nescire utrum Paulus sit crediturus: aut omnino certum fuisse iam olim, Paulum saluandum. Quod si verum. Ergo hypothesis non arguit incertitudinem. Origenes contra Celsum libr. 2. *ὁ θεὸς ἀεὶ ἔγνω ἔσθαι οἰοντι τὸ αὐτὸ τὴν ἀποκρίσιν ἡ δόξα, ἢ οἰον τε τὸ ἴσθαι ἢ ἴσθαι ἢ οἰον τε τὸ ἴσθαι, ἢ τὸ ἴσθαι ἢ οἰον τε τὸ ἴσθαι.* Deus prescit, neque fieri potest, ut eius prescientia fallatur: fieri non potest, ut, qui prescitur, tanquam proditurus, non prodatur: & qui declaratur, ut negaturus, non negare.

V. Est autem Papisti hæc causa τὸ παραδοξόν: quod humani ingenii modulo Divinam metuantur providentiam. Reuera enim solent homines huiusmodi hypotheticis uti, ut significant euentum incertitudinem, primi Samuelis 15. Ionathan; Si dicent, inquit, nobis, Subsistite, donec peruenierimus ad vos, tum stabimus in nostro loco, & non ascendemus ad eos: sin autem ita dicent, Ascendite ad nos, utique ascendemus: Et vigesimo; Si dixerit, bene: pax erit seruo tuo: si autem fuerit iratus: scio quia completa est malitia eius. Cicero ad Atticum, lib. 1. Spero, si absolutus erit, coniunctionem nobis fore in ratione petitionis, sin aliter acciderit, humaniter feremus. Infinita sunt huiusmodi in usu quotidiano. Quin ita iubet Apostolus, damnata eorum audacia, qui absolute sibi quidvis in futurum polliceri solent, ita sermonem temperate, Si Dominus voluerit, & viuamus, faciemus hoc aut illud. Et causam, addit, Qui ignoratis, inquit, quod futuram sit postero die. Vnde licet conficere, ea formula non tam significari incertitudinem euentus, quam ignoracionem antecedentium causarum. Demus ergo sane humanæ infirmitati, ut ignorato antecedeute, consequens habeat incertum. At quis speret Christianum ausurum absque pudore, nihilo secius de Deo aut cogitare, aut loqui, quam de humana infantia.

VI. Esaiæ 53. Si posuerit pro peccato animam suam, videbit finem suum longanimum. De Messia sermo est: cuius passio, si apud Deum incerta erat; quid tandem certi fuisse dicemus? Sed certam fuisse factis declaratur, reliquo capite toto. Quid ergo? Ne contendito Faber, has hypotheticas enunciations arguere incertitudinem in Dei consilio. Nam, si arguerent, etiam in hoc loco, id est, hac Prophetia de morte Messie, eandem arguerent. At non arguant. Hoc fat est ad vindicandam providentiæ necessitatem.

VII. De Mediis agit etiam Delphinus, libro primo de rerum euentu; & argumentum est huiusmodi: Si omnia ex necessitate providentiæ diuinæ eueniunt: ergo frustra homines laborant: Nam, ei nisi quæ cant, tamen id ipsum futurum est. Exempli gratia: si cerum hoc anno magnam futuram abundantiam frugum, non est quod seipsum quisquam fatiget arando, serendo. Si fatum est (inquit Cicero de fato) tibi ex hoc morbo conualescere, siue tu medicum adhibueris, siue non adhibueris, conualesces. Item, si fatum est tibi non conualescere, siue medicum adhibueris, siue non adhibueris, non conualesces. Et alterutrum fatum est: medicum ergo adhibere nihil attinet. Recte, inquit, genus hoc argumentationis ignauum, atque iners (ἀργὸν λόγος) appellatum est, quod eadem ratione omnis è vita tollatur actio.

VIII. Sed nodus facilis: etiam Stoico: quanto magis Catholico? Providentia comprehendit, tum finem, tum media ad finem. Itaque negatur ea consequentia; quia alterutrum fatum sit. Ergo non adhibendum medicum. Erat enim fatum (si fati nomine licet abuti ad Providentiæ decreta significanda) erat inquam, fatum, seruari ex vadis diluuii Noë cum familia, quia inuenerat gratiam in oculis Iehouæ. Genes. 6. idque ei prædictum seculo integro, antequam eueniret. Et tamen mandatum accepit construendæ arcæ, in qua seruaretur. Abrahamo promissi erat seminis multitudo, & quidem ab eo, qui poterat ei de lapidibus excitare filios, nulli tamen illi filii instar fungorum, sed ex vxoribus. Et post eum, Isaacus vxorē duxit: duxit Ismael, duxit Iacob, ducunt reliqui omnes, ut prolem haberent: eam, inquam, prolem, quam eos habere fatum erat. Fatum erat Israelitas liberari ex Aegypto: & ita promissum annis quadringentis antequam gestum. Quid ergo? Subitane factum, aut ex improviso? Imo nascitur Moses: seruat a pecculis mortis: mittitur ad Pharaonem: ipse Pharo, non nisi multis plagis domitus tandem cogitur eum populum liberare. Fatum erat Chananaeos pelli: & ab Israelitis Palæstinam possideri. Neutrum tamen absque multis bellis, crebrisque præliis. Fatum fuit Ezechiam Regem viuere post morbum annos quindecim; pollicente Deo per Esaiam, post Regum 20. Mirum, ni mihi Fabri, & Delphini contendant nec edisse quicquam, nec bibisse. Infinita possunt eiusmodi numerari.

IX. In Nouo Testamento, Christum oportuit pati. Sic promissum, iam inde ab Adamo repetitis temporibus. Si promissum, ergo decretum. Et tamen hæretici, qui cælo de lapsus, quasi per impluuium haxerunt eum hominem, qui affixus est cruci. Nam re vera id promissum, sensum & per media completum est. Series longa est genealogiæ inde ab Adamo; sed tandem Christus nascitur, ut esset qui pateretur. Prædicat doctrinam salutarem. Irritat animos Iudæorum. Iudæi oderunt, nempe ut essent, qui crucifigerent: nulli futuri si nulli odissent. Satanas insilit in Iudæum. Iudas tradit in Iudæorum manus: tum reliqua sunt omnia; quæ à Sacerdotibus & Phariseis: quæ in pætorio, & à Pilato. Quid opus erat tor gradibus; si vim ullam habet? Sed non habet. Itaque, non illa tantum facta: sed & crux compacta: etiam flagellum concinnatum: ne clauis quidem nisi ex officina, ac fornace. Adeo, vel minima media non omittit providentia. Fatum erat igitur Christum pati: sed & fatum erat Mariam concipere: Iudæos odisse: Iudam prodere: clauos fabricari, flagra confici, crucem strui. Atque ita certum illud fatum fuit.

X. Actor. 23. Conside, Paule, ut enim testificatus es de me in Ierusalem, sic te oportet etiam Romæ testificari. Oportet: ergo fatum erat. Quid tu mihi illud occinis, siue hoc, illudve fiat, siue non fiat: tamen testificabitur Romæ. Atqui ut oportuit Romæ testificari, ita oportuit venire Ierusalē: capi: sisti Ananæ, primo: deinde Felici: tum Festo: appellare ad Cæsarem: imponi nauis: ad Iucii Romam: imo in ea navigatione tempestatem vitare monuit Paulus: quanquam certo crederet se percuturum saluum Romam: sed

non persuasit: deducitur ergo nauis in mare: tempestas oritur sæuissima: apparet Angelus noctu, Ne metue, Paule, oportet (en rursus fatum) te Cæsari sisti: ecce condonauit tibi Deus omnes qui tecum nauigant. Actor. 27. Et tamen, cum nauæ vellent subducere se vectoresque deserere Paulus Centurio, Nisi, inquit, isti in nauimanserint, vos seruari non potestis. Denique naufragio facto, pars tabulis, pars fragmentis, omnes salui in terram euadunt.

XI. Et mihi quisquam occurrat illud, si fatum est? & asserat quisquam aut à providentiâ tolli media: aut à mediis confutari providentiâ: Imo non sine esse hominis, non sanus iuret Orestes. Quin potius nulla re sit illustrior infinita providentiæ vis, quam comparandis, conferendisque mediis, & quidem longissime petitis. Debuit Ioseph dominari fratribus suis: ut constabat ex somniis, quæ enarrantur Genes. 37. Si consensu fratrum electus aut certe, si nata ium iure, adorarem providentiâ. At quis non extra se fiat, cum illas longas ambages legit, per quas in suam dignitatem euectus est? Oderunt eum fratres: illi odio tam dementer indulgent, ut tantum non occiderint. Vendunt Ismaelitis. En tibi fratrum domitium, ne sui quidem iuris. Adducitur in Aegyptum: venditur secundo Puti: fati: traditur in carcerem: interpretatur somnia mancipiorum nequam. Vnde tandem fit notus Regi. Rex videt somnium: Ioseph id somnium interpretatur, vnde venit in admirationem Regi, à quo augetur honoribus: ingruit famas: Iacob eum filiis ab Aegypto cibum petunt: tandemque agnoscent non frustra olim fuisse à Ioseph somnium. Aut finit iterum dicere his anfractibus longe illustriorem esse vim Providentiæ, & certitudinem decretorum, quam si semel vnoque actu in solium Ioseph fuisset constitutus. Sic, quum seruatorem audio debuisse nati in oppido Bethlehem, tum admiror necessitatem implendi oracula, cum Virginem video, ex Nazareth quasi vi deductâ in id oppidum, & quidem agente Cæsare, cui nihil huiusmodi veniebat in mentem.

XII. Vidit in hoc negotio non nihil Chrysippus: sed non vidit bene. Quædam esse dicebat in rebus simplicia, quædam copulata, & ista confatalia. Simplex est, moietur eo die Socrates: huius, siue quid fecerit, siue non fecerit, finitus est moriendi dies: At, si ita fatum sit, nascetur Oedipus Laio; non poterit dici, siue fuerit Laus cum muliere, siue non fuerit, copulata enim res est, & confatalis. Itaque fatum esse, & concubitum cum vxore Laio, & ex ea Oedipum procreatum. Bene in his Chrysippus vidit non tantum non excludi, sed etiam includi in fato media: hoc est, ut nos loquimur, in providentiâ: sed illud non bene, quod hæc media meretur ex natura rerum: ut effugere non poterit, quin fatum illud nature subiiceret. At Catholici à Providentiâ non finem tantum, sed etiam media pendere docent. Cur Iacobo eiusque familiæ profusum est per Iosephum? Cur Iosephus ad solium euectus per geminam seruitutem, imo & per carcerem? Non illa erant sane ex Chrysippi mente copulata: ac proinde non confatalia. Sed ita Deo visum erat: nec ratio alia vlla potest reddi. Est enim Deo pro ratione voluntas.

C A P. XVI.

De Papisticis Paradoxis.

I. Hactenus de diuinæ providentiæ certitudine, siue necessitate. Pergere ad reliqua. Sed liber commemorare, in quæ quantaque Paradoxa, id est in Theologia, in quas quantasque blasphemias se præcipites dent Papistæ, dum Dei metientes infirmitatem ex humani ingenij modulo, hanc æternorum decretorum certitudinem pertinaciter oppugnant. Sic apparebit verissimum, non tantum vno incommodo posito, multa consequi absurda: sed etiam in Theologia multa ei necesse esse peruertere, qui vnum aliquid nolit recte intelligere.

II. Primo, à fati fortunæque nominibus non abstinent, ut antea notauimus. Nam tum Iouis, quantumvis Episcopus, in historia sua libris milibus vtrumque nominat, vtrique prospera tribuit & aduersa. Tum Iohannes Antonius Delphinus disertè constanterque asserit, quatuor esse causas rerum, fatum, naturam, fortunam, voluntatem: à quibus tanquam præcipites aliæ particulariores causæ vna cum effectibus suis pendent: atque ita credi, & vbique gentium Christianarum prædicari. Cottonus de Missa tract. 6. §. 3. fortunæ vsum non abhorreere ab Ecclesia docere conatur: imo neque à Scriptura. Leuitic. 16. Cuius exierit serua Domino. Et 27. In sorte possessionis sua. Numerorum 26. Quicquid sorte contigerit. Deuter. 1. Ipse sorte terram diuidet. Psalmo 31. In manibus tuis sortes mee. Prouerb. 1. sortem mitte nobiscum. Actor. 26. Et sortem inter Sanctos. Ad Coloss. 1. Et in partem sortis Sanctorum. Denique Genes. 30. Strigilium.

III. Sed Papistæ, sed Iesuitæ paulo serius in hunc orbem prodierunt, ut nouum morem in Ecclesiam inducerent: quum totiam seculis profectum sit ab Augustino vtrumque vocabulum, ab Ecclesia fæde profligandum: eamque ob causam opera sua retractante, quamvis certus nullam esse Deam fortunam: quod Cottonus sibi putat sufficere. Nam scripturam in eam rem profertur scelus est: quæ fortunæ tam meminit, quam Iouis, aut Martis. Sortes lego, non raro, sed sortes cum fortuna Cottonus confundet? Hui Theologum! At Apostoli sorte delegerunt Matthiam: num igitur fortunæ eas partes commiserunt? Imo censebant olim fideles sortem esse argumentum agnoscenti decreti Diuini, vtrum testantur Apostoli: à quo certum ex Solomone ipsas sortes gubernari. Et ad has sortes pertinent loci, ex Leuitic. 16. Numer. 26. Deuter. 1. Nam earum vsus maximus, cum multis propositis vnum quid erat eligendum; ut in hæreditatibus heriscundis: indeque factum, ut fors etiam significaret eam partem hæreditatis, quæ cuique obuenerat. Leuitic. 27. Idem Prouerb. 1. Sortem mitte nobiscum: significat idem, ac si diceret, sortem

tuam nobiscum communicato, vt fiat vnica familia. Longius etiam producta metaphora, Apostoli vsi sunt pro iure fidelium in vitam æternam, quæ solet etiam appellari hæreditas. Sed hæc nihil cum fortuna habent commune. Illud autem dicitur Genes. 31. non est à Mose, sed à Septuaginta Interpretibus: secundo, quis nescit iam pridem τὸ δὲ ἁπλοῦς simpliciter sumi, pro beatorum esse? Quamquam eius vocabuli nullus vsus est in Nouo Testamento. Septuaginta autem illorum non est auctoritas tanta, vt quicquam in Ecclesia possit authenticum facere.

IV. Secundo, negat idem Delphinus, quicquam euenire necessario, siue de necessitate inuitabilitatis loquere: hoc est, siue absolute dicas, siue ex hypothesi. Et disertius, non tantum, quia in seipsis considerata omnia poterant non fieri, vt mundus non creari, homo non peccare, sed etiam, quia diuina voluntas non sit immutabilis. Affirmat enim & disputat ferio, Deum posse aliqua velle denuo; quæ non ab æternitate voluerit, quæque voluit nolle.

V. Quæ si vera sunt, quorsum ista? Ego Deus & non mutator. Malach. 3. Non est Deus quasi homo, vt mensiatur: nec vt filius hominis, vt mutetur. Num. 23. Quin ratio in promptu. Nam si vere, & re ipsa mutat voluntatem Deus, vt id nolit, quod volebat, aut velit quod nolebat: tum id fit, aut fortuito impetu, aut certa causa. At neutrum. Non fortuito impetu: quia hoc indignum protus Deo; cuius sapientia est infinita. Semper autem iudicatum prudentiam & fortunam ex diametro opponi. Non autem certa causa. Primo, quia Dei voluntas non esset summa: sed subalternata iis causis à quibus moueretur; quod cum Dei Maiestate eonuenire nequit. Secundo, quia ea causa, vel Deum laedit, vel non laedit. Si laedit, ergo Deus non est omniscius: & habet scientiam non naturalem, sed acquisitam: ideoque non est infinitus. Sin autem non laedit, cum posita causa ponatur effectus; Si ab æterno Deus causam volendi habuit, habuit etiam velle illud: & si ab æterno: ergo immutabiliter. Nam quæ mutantur, ne cogitari quidem possunt æterna.

VI. Nam, quod Delphinus ait, non mutari Deum: sed ei tantum nouam respectum, nouamque relationem ad creaturas aduenire; ridiculum est. Primo, superiores Scripturæ loci de voluntate Dei loquuntur. Ergo si Delphinus voluntatem nihil aliud censet, quam nouum respectum ad creaturas; sine dubio Scriptura negabit, Deum acquirere hunc ipsum nouum respectum. Augustinus Confessionum libr. 11. cap. 11. *Iam dixisti mihi, Domine, voca foris in aurem interiori, quia tu æternus es, solus habens immortalitatem, quoniam ex nulla specie motiue mutari, nec temporibus variatur voluntas tua: quia non est immortalis voluntas, quæ alia est alia est. Secundo, Scriptura negat sic mutari Deum, vt homo mutatur. Certum est autem mutari hominem, non essentiali mutatione, sed tantum relatiua, cum id non vult, quod prius volebat. Ergo necessario concludendum, ne hæc quidem, quam Delphinus relationem appellat, Deum mutari. Tertio, voluntas, etsi non nihil significet relationis ad creaturas, tanquam obiectum, tamen in ipso Deo consideratur: ac proinde substantialiter: quia in Deo nihil est, nisi substantiale: constatque voluntatem Dei, nihil esse aliud, quam Deum. Itaque, si voluntas ipsa vere, ac re ipsa mutetur; ipse Deus substantialiter mutabitur. Quod si ipse non mutatur: nec ergo eius voluntas. Etsi nec voluntas: ergo quæcunque eueniunt ex Dei voluntate, ea eueniunt, tum immutabiliter, tum inuitabiliter: non quidem, aut sua, aut mediocum natura; sed ex hypothesi supposito nimirum diuino decreto.*

VII. Tertio, diuina voluntas, (inquit Delphinus) nihil de necessariis, nihil de impossibilibus determinat: verum de possibilibus, quæ tanquam neutra offeruntur ab ipso intellectu, pro beneplacito suo, aliqua determinat fore, quæ vocantur futura contingentia. De aliquibus porro nihil determinat fore, quæ non vocantur futura contingentia, neque omnino vera sunt: sed neutra & possibilis manent. Si tamen voluntas ea deliberet: non fore, sunt quidem possibilis, at tamen falsa. Omnia igitur contingentia sunt, de quibus, aut omnino, aut aliquo modo voluntas diuina statuit ac deliberat.

VIII. Hæc monstra quis Christianus, aut intelligat, aut non improbet? Nam eo reuoluntur, vt statuatur Ethnicorum & fatum & fortuna. Concedit aliqua necessario euenire: sed de iis nihil Deum determinare. Ergo, inquam, non est à Deo hæc necessitas. Nam si est à Deo, omnino ab eius est voluntate: non enim aliud Deus, aliud Dei voluntas: Sed vnde erit igitur? Nempe à natura, id est, à causarum serie, id est, à fato: fato, inquam, quod non sit à Deo; neque ei subiiciatur. Et nemo horret blasphemiam? Rursus concedit esse quædam contingentia: sed nihil Deum de quibusdam statuere. Quid nihil? neque vt sint, neque vt non sint? Qui ergo sunt, si sunt? aut qui non sunt, si non sunt? Non enim fato: nam fierent necessario, ac proinde non essent contingentia. Ergo, fortuna, id est, cæco temerarioque euentu. Ita non vocabulum tantum fati & fortunæ Delphinus mutatur ab Ethnicis, sed rem ipsissimam.

IX. Quarto, Deus intellectu suo omnia cognoscit per diuinam essentiam obiecta; tum in complexa, tum complexa: & hæc, tum necessaria, tum possibilis. Nulla vero contingentia nouit adhuc: quandoquidem nulla sunt eiusmodi, aut vera, aut falsa: sed neutra. I. e. intellectus diuinus cum aliquid comprehendit, quod prius non cognouerit, non mutatur; sed ei nouus quidem respectus, nouaque relatio aduenit: vt verbi causa: diuinus intellectus, veritatem nondum cognoscit huius prolocaui: Antichristus homo peccati, filiusque perditionis aduersatur & excolitur supra omne, quod dicitur Deus: nec enim adhuc vera est eiusmodi eununciatio, quæ sic per verbum præsentis temporis. Quum autem fuerit vera, tum eam cognoscet.

X. Hæc tam impia, tam blasphema cum legerem, non potui non totus horrore concuti: admirans tamen iustum, tremendumque iræ diuinæ iudicium in eos, qui tanta curiositatis prurigne tentantur, vt nec in Dei quidem natura sibi patiantur quicquam esse incognitum. Ita sane: Admiranda sunt iudicia tua, ô Deus! sed exploratissima: vt qui altiora se fecerantur, dent pœnas suæ tantæ temeritatis, denturque ipsi in sensum reprobum. Enimvero, quid fingi potest insanum magis quam

Deum vilo modo subici tempore: vt ire cogatur per singula momenta per ætatem, inquam, momenta discurrat hominulorum instar? Aut quæ illi relinqui potest æternitas, si non sunt apud eum omnia præsentia: aut si sunt præsentia, quomodo ad intellectum pertinent Grammaticæ quicquiliæ: verborum inquam conjugationes per tempora? Quin Theologi admirantur, Agnum occisum ab initio mundi: Apocalyp. 13. *ὁ φάρος ἦν ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου καὶ τοῦ νεοῦ*: falsum, si nostro more momenta motuum cœli computet. Sed verissimum, si *ἡμεῖς πᾶς*, res æstimetur. Apud Deum ergo, iam tum cum Adamo dictum, *Semen mulieris conteret caput serpentis*: iam tum, inquam, apud Deum agnus non occidendus, sed occisus erat: & illud *conteret* accommodatum erat captui Adami, cui necesse erat de die viuere. Quid? cap. 9. *Elaiæ, Paruuus natus est nobis*: haud aliter quam Luca 2. *Natus est nobis hodie Saluator*. Quod non poterat homodificare: & falso dixisset, si dixisset: id Deus confidenter dixit, dubitamusne, vtum vere? Delphinus dubiter: Catholicus nullus dubitabit.

XI. Conficiat blasphemum Augustinus ad Simplicianum libr. 2. quæst. 2. *Quid est præscientia, nisi scientia futurorum? Quid autem futurum est Deo, qui omnia supergreditur tempora? Si enim in scientia res ipsas habet, non sunt eis futura, sed præsentia: ac per hoc non iam præscientia, sed tantum scientia dici potest. Si autem, sicut in ordine temporalium, ita & apud Deum nondum sunt, quæ futura sunt: sed ea præuenit sciendo: tu ergo ea sentis: vno quidem modo, secundum futurorum præscientiam: altero vero modo secundum præsentium scientiam. Aliquid ergo temporaliter accedit scientia Dei, quod absurdissimum atque falsissimum est: nec enim potest, quæ ventura præsentis, nosse cum venerint, nisi tibi innotescant, & præcognoscendo antequam sint: & cognoscendo cum iam sint. Ita fit, vt (quod longe à veritate seclusum est) temporaliter aliquid accedat scientia Dei, quum temporaliter quæ præsciuntur etiam præsentia sentiuntur; quæ non sentiebantur antequam fierent: sed tantummodo præsciuntur: si vero etiam cum venerint, quæ præsciuntur esse futura, nihil noui accedit scientia Dei; sed manebis illa præscientia, sicut erat etiam priusquam venirent, quæ præsciuntur; quomodo iam præscientia dicitur, quando non est rerum futurarum? Iam enim præsentia sunt, quæ futura cernebat. Et paulo post: *Erunt præterita. Præteritarum autem rerum sicut præsentium, nullo modo potest dici præscientia: reditur ergo ad id, vt fiat rebus iam præsentibus scientia, quæ eisdem rebus futuris erat præscientia: & quum ea quæ præscientia erat prius, postea scientia fit in Deo, admittat mutabilitatem, & temporalis sit, quum Dei, qui vere summeque est, nec vlla ex parte sit mutabilis, nec ullum motu notio temporalis.**

XII. Quinto, Sanctesius: Dei decretum negat illam esse nostrarum actionum causam, nec simplicem, nec operantem, nec necessitantem: sed duntaxat ab æterno constituisse, vt earum causa esset libera voluntas nostra.

XIII. At hoc tam audax enunciatio, qua tandem ratione queat consistere non video: non esse necessitantem causam, video posse quadam distinctione elucidari, nimirum, vt necessitas coactionem significet. Sed, vt omnino nihil operetur, vt vniuersaliter negetur causa esse: hoc vero proficisci non potuit, nisi ab eo ingenio quod se in præceptis dare malit, quam veritati concedere. Quid enim? Nunquam ne legerat apud Apostolum, *Deus est qui operatur in nobis & velle & perficere*? Secundo ad Philippos. Nam certo, τὸ ἐκτρέφειν, non potest non significare causam: & causam operantem. Operatur autem quidnam? non voluntatem duntaxat, esset tamen aliqua causa: si verum causam esse actionum nostrarum voluntatem: quia esset aliqua causa causæ. Atqui non voluntatem duntaxat, sed etiam τὸ ἐκτρέφειν ἐκτρέφει τὸ ἐκτρέφειν: & hoc Latini interpres non satis exacte vertit perficere, quum ipsam operationem, siue efficientiam designet. Atque id nihil reliqui facit Sanctesio, quo confugiat.

XIV. Sexto, Idem ponit in Deo duplicem præscientiam: alteram quæ significet eam cognitionem cuiusque rei, quam habet Deus, priusquam eam rem velit aut decernere, aut efficere. Alteram, quæ sit nuda notitia rerum, quas videt & contemplatur in intellectu suo, vel etiam existentes in particularibus suis causis, antequam produeantur. Illam esse quidem in Deo rerum causam, earum scilicet, quas nouit. At hanc minime: orti enim potius à rebus, quæ, ex quo sunt in rerum natura, in essentia Dei elucet. Quomodo, quæ in nobis est, scientia, ab iis rebus quæ sita, quæ iam existunt, non est ea undem causa: sed contra, ipsæ sunt eius causæ: quia enim sunt, ideo cognoscuntur: non vero, quia cognoscuntur, ideo sunt. Itaque esse potius post scientiam, quam præscientiam. Hoc tantum interesse inter nos & Deum, quod hic quidem ab æterno omnia norit: quia in eo res omnes existunt ab æterno: nos vero tantum per momenta. Et citat ex Genes. 1. *Fiat lux: & vidit Deus lucem, quod esset bona*. Et 3. posterioris Petri, *Vos igitur fratres præscientes, custodite ne in sapientium errore traducti excidatis à propria firmitate*. Et ex 1. prioris, *Redempti estis pretioso sanguine agni immaculati Christi, præcogniti quidem ante mundi constitutionem, manifestati autem nouissimis temporibus propter nos*.

XV. Verum duplex illud præscientiæ genus, figmentum est. Nam ita Scriptura tradit. Enimvero cum legimus, *fiat lux, & vidit Deus lucem quod esset bona*: id nihil ad hanc rem: vtamque enim præscientiam Sanctesius vult esse ab æterno. Atque hi loci non significant quicquam æternum: quia in tempore lux est creata: ac tunc temporis, cum crearetur, illud dicitur, *fiat lux*: ergo non præscientiam significat: sed ipsum actum creationis. Post eum vero actum sequitur, *Vidit lucem esse bonam*. Quod omnino sumendum per *αὐτοπρόνοια*: vt postea, *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona*. Quæ fecerat, non autem quæ facturus erat: ergo, non ab æterno: non enim ab æterno factus mundus. Etsi autem verum sit à Deo lucem præuisam, & intellectu conceptam ante omnia tempora: tamē id non habetur ex vi horum verborum: multo minus duplici modo, aut præuisam, aut conceptam ante omnia tempora: Nā debuit Sanctesius probare, non tantum præscientiam Dei esse causam lucis: sed etiam aliam quandam præscientiam non esse causam. Quod omnino consistere non potest.

potest. Nam quis me vetat interpretari, *Vidit lucem quod esset bona*: de illa luce, quam praevidet, & intellectu conceperat, ac proinde cuius causa erat ea praevisio, sique intellectus?

XVI. Ceterum, quum Deum, ut est, nosse non possimus: ideo accomodate ad captum nostrum, cogimur in eo distinguere, quae re ipsae sunt eadem. Inde varia Dei attributa nominantur: interq; ea scientia, & voluntas. Nam certesi in Deo nulla est compositio: Si est Deus simplicissimus actus: necesse est scientiam esse divinam essentiam: voluntatem similiter esse divinam essentiam; ut definiunt et Scholastici Theologi. Quod si est, aut in divina essentia diversitas erit, quod est blasphemum; aut re idem erit scientia & voluntas. Sed *ad hunc modum* distinguuntur: ut quemadmodum in nobis, sic in Deo, hanc illa praecedere intelligatur. Hoc modo tolerari possit, si quis dicat, scientiam Dei, per se, hoc est, abstractam cogitatione ab eiusdem voluntate, non esse causam rerum. Sed, cum certum sit, nunquam re ipsa, separari alteram ab altera, omnino nisi absurde dici nequit, quarundam rerum causam esse praescientiam, aliarum vero minime. Non enim illa erit abstractio per cogitationem: sed re vera ponetur aliquid reale: ac tum non distinguas, sed separes voluntatem a scientia: id est, essentiam ab essentia. Itaque ab aeterno Deus, non tantum praesciuit, sed & voluit esse bonam: ac propterea fuit bona. Uterque igitur locus de eadem Dei scientia loquitur.

XVII. Petri locus, ex posteriore, absurde citatur; Quae enim analogia praescientiae fidelium ad praescientiam Dei? Aut quae ratio fert, ut quia fidelium praescientia oritur a rebus, quamquam id non est perpetuum, aliquando enim a revelatione, ut haec ipsa, de qua Petrus: sed si fidelium praescientia oritur, quae fert ratio, ut & Dei indidem oriatur? Atqui fideles vere sunt momenti obnoxii temporum, quod de Deo non fingunt, nisi *ad hoc*.

XVIII. Alter ex priori, non magis urget. Nam certum est, Christum esse non simpliciter praescitum, sed etiam ipso consentiente Sanctesio, praedestinatum: nec aliam summam causam fuisse ei nascendi, quam Dei voluntatem. Non igitur concludit geminam illam praescientiam. Nec obstat illud, *manifestati*, ex quo comparato cum praecogniti, putat posse concludi, Petrum tantum intellexisse occultam Dei praescientiam. Enimvero, quam mihi ille dabit Dei praescientiam non occultam? Si occultam nobis dicat. Nam si Deo; quam mihi ille occultam dabit? Tum autem Petrus dixit manifestatum, non propter Deum, sed propter nos. Significat ergo, Christum, qui erat praescitus a Deo, atque eatenus mundo incognitus; tandem reuelatum fuisse; ut cognosceretur a mundo. Quare ea reuelatio, nullam in Deo, aut cognitionem, aut scientiam, aut praescientiam efficit: sed in hominibus. Ideoque et si reuelatio sit temporalis, tamen nullo modo praescientia temporalis. Paulus ad Titum I. *In spem vitam aeternam: quam promissit Deus ille mentiri nesciunt, ante tempora saecularia, praefecit autem temporibus suis.*

XIX. Denique praescientiam Dei a rebus oriri, absurdum est. Primo, quia iampridem definitum est etiam a Theologis Scholasticis, Deum scire omnia, non sicut homines ex aliqua animae potentia, sed per essentiam suam. Est autem immane asserere essentiam Dei oriri a rebus creatis. Deinde, cum sit probatum, unam esse Dei praescientiam, quae aliquando abstracte ab eius voluntate consideratur a nobis, aliquando cum ipsa voluntate, ut fiat delectum: utronis modo consideres, tolerari hoc absurdum nequit. Nam si una cum voluntate, tum praescientia Dei causa est rerum, quod fatetur Sanctesius in altera suae praescientiae specie: ita-

que non potest oriri ab iis rebus, quae ipsae oriuntur ab ea. Sin abstracte: tum intelligitur praecedere voluntatem: 8. ad Rom. *etiam praesciuit, etiam praedestinavit*. Quod si voluntas, utpote causa rerum, a rebus pendere nequit; tum certe, ne scientia quidem, a qua pendet ipsa voluntas. Nam si scientia pendet a rebus: & voluntas pendet a scientia, omnino vitari non potest, quin voluntas pendeat a rebus.

XX. Septimo, quaeritur primo, utrum Deus futura praevideat, quae ab eo non pendent immediate. Secundo, utrum exacte praesciat futura contingentia. Respondet ad primum: Quandoquidem, secundum illud praescientiae genus pendet a rebus, non contra: ergo a Deo res non videntur, nisi eo statu quo sunt: ideoque priusquam re ipsa existant. Eclipsis igitur, quae nondum existit, cognoscit in cursu astrorum: ab aeterno tamen, quia ipse astrorum cursus ab aeterno est in eius intellectu. At secundum: nullam esse certam scientiam futurorum contingentium, neque in Deo, neque in hominibus priusquam existant. Praevideat quidem ille ab aeterno quatenus ei sunt praesentia: praevideat, inquam, causarum statum contingentem: at non determinate praevideat, quid ex iis futurum sit, nisi ab eventu.

XXI. Immane quantum sibi permittat humana balbuties, in scrutanda, imo vero metienda infinita essentia! Enimvero, quis non indignetur eos, qui in iis quae ante pedes sunt, tam multa se ignorare fatentur coguntur, adeo confidenter pronunciare de Deo? Scilicet eiusdem generis erit ea scientia qua Deus, cum ea qua Ptolomaeus, aut nostro saeculo Copernicus praevideat eclipses futuras: ac quae ex subtili exactaque orbium contemplatione; graduumque atque si rupulorum suppuratione, eo tantum diversa; quod quemadmodum ante Copernicum, Ptolomaeus aliquid saeculis: sic ante Ptolomaeum, Deus omnibus saeculis Ephemerides concinnavit. Apage blasphemias. At Catholici certum, exploratumque habent, Deum nihil nosse, nihil scire, nisi per suam essentiam. Itaque scire ab aeterno, scire certe, determinateque omnia, etiam contingentia. Exemplum. Liberandus fuit populus a Babylonica captivitate: nec liberandus, nisi suo tempore: id praedictum tam certe, tam determinate, ut etiam nomen liberationis expressum sit, Cyrus. Potuit quicquam minutius: aut magis contingens? Respondet Sanctesius: respondet, inquam, nam negabo: utrum non sit in contingentibus, futurum aliquem eiusmodi Regem; liberatumque populum Israelis: futurum ei id nominis. Iam si est, respondeat iterum: utrum non sit determinate, praesciteque cognitum, id quod suis etiam minutissimis circumstantiis describitur. Ipse Deus, *Esa. 45. Ut cognoscas me Iehouam, qui voco, et nominatum, Deum Israelis esse. Propter servum meum Iacobum, & Israelis electum meum, propterea me vocasse te, de nomine tuo cognominasse te, quamvis ignoras me.* Quid Ioannem Baptistam dicam; aut ipsum etiam Christum? nihil enim unquam praesens, tam curiose descriptum & determinatum.

XXII. Quanquam, quid exemplis opus est? Nam ratio sufficit concedit Sanctesius, Deum praescire omnia ab aeterno, tanquam praesentia sibi. Ergo, inquam, primo, novit determinate: sic enim solent praesentia cognosci, etiam ab hominibus. Rursus ergo, non in causis tantum. Nam, quae in causis sunt tantum, ea sunt in potentia solum: at quae praesentia, ea sunt actu. Si ergo omnia sunt Deo praesentia: omnia, Dei quidem respectu, sunt actu: si actu, non tantum in causis. Certa igitur est, & determinata apud Deum, rerum omnium contingentia.

FINIS LIBRI SECUNDI.

## LIBER TERTIUS, DE AVTHORE PECCATI,

### Caput I.

CATHOLICI NON DICUNT DEVM AVTHOREM PECCATI.



CONTROVERSIA sequitur de Authore peccati: in qua declamant Papistae acerbissime contra Catholicos, suo more, ut sunt calumniatores magis importuni, quam disputatores metuendi. Scriptis tractarunt Bellarminus, Sanctesius, Panigarolla, Haius, Bosius, Richeomus, Gaudierus, Cottonus, alij. Quotidie in pulpitis plurimi ad plebem attonitam. Vix enim quisquam est, aut tantus Iesuita; aut tantus Iesuitaster; aut ex alio ordine quoquam, qui suggestum conscendens, satis se suas in concionando partes expleuisse putet, nisi garrulitate, impudentiaque partem maximam in hanc partem profuderit. Et ne solos Philistaeos, hostes patriae Ecclesiae, addunt se comites Idumaei ex Germania; ut pater, cum ex Heshusij calumniis, quas absterfit Beza, tum ex colloquij Mombelgardensis actis. Item ex impudentissimi hominis Samuelis Huberi Antibellarmino, libri 4. par. 5.

II. Claimant ergo a Catholicis fieri Deum authorem peccati: maxime Caluino, Martyre, Beza: hos enim docuisse, illum authorem esse omnium scelerum, & flagitiorum: Bellarminus praefatione in controvertias; & quidem ita authorem, ut cor hominis impellat & incitet ad male-

faciendum: adeo ut incestus Absalomis vere fuerit illius opus, Haius q. 13. Iam Panigarolla, discip. 8. Deum esse mali omnis authorem: Deum esse omnium peccati causam, Deum culpis nostris delectari: Deum ad scelera perpetranda nos cogere: frustra a nobis tempus ceteri, conari frustra nos aliquid boni facere: Deum a prohibere, quibuscumque gravissimis vitiis cumulari simus, ad illa omnia nos a Deo impelli. Deum a caelo in terram descendisse, ut peccandi necessitatem inferret: eo Evangelium de disse, ut nos praecipites ageret. Denique Deum tam amantem esse, tam cupidum nozarum, & erratorum nostrorum, ut nobis prudens sciens legem dedit, quo peccemus. Quid plura? Bozius de signis Ecclesiae, libri 3. c. 5. Deus vult efficienter, & efficaciter, non modo omnia peccata diaboli, sed & hominum: non modo vult efficaciter & efficienter; sed ipse illa efficit per diabolum, & homines: imo concitat & commouet diabolum & homines ad peccata: amplius, impios ad peccandum destinat, & cogit. Valques tomo. I. in 1. secundi disp. 129. Deum non tantum permissiva voluntate, sed etiam actiua, esse causam propriam peccati nostri, Deum necessitate plusquam fatali nostras voluntates ad peccatum impellere.

III. Atrocissima est, ut vident omnes, accusatio, si accutatio; & non calumnia. Non potest iis blasphemias, quas illi iam tecitatur, dari illa maior, terrior, magisque horrenda blasphemiam. Nam infinitam esse eorum infaniam, qui aperte Deum negant, iam pridem fatentur omnes, quibus vel sola natura duce, viueret contigit. Horum crimini, *etiam hoc*